Targum Prius

ET

Poſterius in

ESTERAM.

Nunc Primum urbe donatum,
& in Linguam Latinam Tranſlatum.

Studio, & opera FRANCISCI TAILERI Angli in Theologia Licentiati, & in Æde Chriſti apud *Cantuarienſes* verbi Divini concionatoris.



LONDINI:
Typis *M. S.* impenſis *H. Everſden*; & veneunt ſub ſigno Canis leporarii in Cœmeterio *Paulino*, MDCLV.

Clarissimo viro Domino FRANCISCO ROUS Collegis Etonensis Præposito dignissimo, nec non Serenissimo Domino Protectori a consiliis secretioribus.

MOs scriptorum est (Doctissime vir) ut patronos eligant qui, quid agant, intelligant. Indocti nomen libro docto præficere quid aliud est, quam asino lyram tradere? Cur non mihi liceat librum hunc doctum pronuntiare, cujus ego, non autor, sed interpres? Tuam autem literaturam scripta egregia asserunt. Magna mihi tecum in Synodo Ecclesiastica familiaritas intercessit. Unde spes est te munusculum hoc scholasticum æqui boni consulturum. Opusculum hoc majoris momenti est, quia monumentum publicum. Autoris

nomen periit: *opus Synagoga Judaica agnoscit. Tanta est scripti hujus dignitas, ut cum Bibliis Hebraicis imprimis meruit. Recte dixi, Meruit, nam apud veteres nil aliud est mereri, quam obtinere. Sic optatus peccato Core,* Non talis erat culpa, quæ veniam mereretur, i.e. *obtineret, Lib.* 1. *Apud Christianos vix familiares sunt hæ Paraphrases, cum in Bibliis Hebraicis Antuerpiensibus, & Parisiensibus pars minima prioris posterioris nulla existat. Tibi (vir clarissime) hanc translationem qualemcunq; dedicare visum est, quem republica Etonensis colegiis præfectura, populus honore Parliamentum honorifico Prolocutoris munere, Serenissimus Dominus Protector in concilium secretius ut admitteres dignum judicavit. Non potui subterfugere, sed calculum meum addere, & libellulum hunc nomini tuo celeberrimo dedicare humiliter petens, ut me in amicorum albo retinere digneris. Deus tibi in publicum commodum Nestores annos addat & supra Nestorios æternos in cœlo cœlorum. Sic precor, & concludo*

Cantuariæ e Musæo meo.

Honoris tui observantissimus

FRANCISCUS TAILERUS.



Clarissimo viro Domino FRANCISCO ROUS Collegij Etonensis Præposito dignissimo, nec non Serenissimo Domino Protectori a consiliis secretioribus.



Os scriptorum est (Doctissime vir) ut patronos eligant qui, quid agant, intelligant. Indocti nomen libro docto præficere quid aliud est, quam asino lyram tradere? Cur non mihi liceat librum hunc doctum pronuntiare, cujus ego, non autor, sed interpres? Tuam autem literaturam scripta egregia asserunt. Magna mihi tecum in Synodo Ecclesiastica familiaritas intercessit. Unde spes est te munusculum hoc scholasticum æqui boni consulturum. Opusculum hoc majoris momenti est, quia monumentum publicum. Autoris nomen periit: opus Synagoga Judaica

agnoscit. Tanta est scripti hujus dignitas ut cum Bibliis Hebraicis imprimi meruit Recte dixi, Meruit, nam apud veteres nil aliud est mereri, quam obtinere. Sic optatus de peccato Core, Non talis erat culpa, quæ veniam mereretur, i.e. *obtineret, Lib.* 1. *Apud Christianos vix familiares sunt hæ Paraphrases, cum in Bibliis Hebraicis Antuerpiensibus, & Parisiensibus pars minima prioris, posterioris nulla existat.* Tibi(*vir clarissime*) *hanc translationem qualemcunq; dedicare visum est, quem respublica* Etonensis *collegij præfectura, populus honore Parliamentari sæpius, Parliamentum honorifico Prolocutoris munere, Serenissimus Dominus Protector in concilium secretius ut admittere dignum judicavit. Non potui subterfugere, sed calculum meum addere, & libellulum hunc nomini tuo celeberrimo dedicare humiliter petens, ut me in amicorum albo retinere digneris. Deus tibi in publicum commodum* Nestoreos *annos addat & supra* Nestoreos *æternos in cœlo cœlorum. Sic precor, & concludo*

Cantuariæ e Musæo meo.

Honoris tui observantissimus

FRANCISCUS TAILERUS.

ERRATA.

PAg. 2. marg. l. 5. l. divisa. l. 12. l. hic locus. p: 8. l. 24. l. Esthera. p: 9. marg. l 9. l. Esthe-ram. l. 10. l. viventem. l. 11. l ethnicos. l. 14. l puellis. l. 16. l. lia. l. 19. l. mam. l. 29 l. facto. l. 33. l. erant. l. 41. l. acutam. ibid. l eo die l 42. l. lex Chald. p: 10. l. 10. l ret. l. 25. l rem. p: 11. l. 22. l. ses. p: 12. l. 30. l. tem. in marg. l. 13. l. num. p: 13. marg. l. hunc. v. p: 14. l 25. l. Etiam. marg. l. 21. l. ven. l. 22. l. Prathac. l. 25. l ni seq; p: 16. l. 22. l. tio. marg. l 3. l. ram. p: 17. l. 32. l. lechi. marg. l. 31. l. nis. ibid. l. auferetur. p: 18. marg. l. 3. l. tati ejus pro. p: 20. l. 22. l. Mirare. p: 21. marg. l 8. l. ducta. p: 22. l. 30. l. deret. p: 23. l. 34. l. rar. marg. l. 20. l nisi. p: 25. l 17. l. rent. p: 26. l. 8, l. inivit. l. 14 l. lare. l. 18. l. Chishi. p: 28 l. 16. l. per. l. 29. l. cias. marg. l. 16. l. dem. v. l 28. l. tium. p: 29. l. 2 l. vicem. l. 31. l. ragdis marg. l. 13. l. natos. p: 30. l. 15. l. hunc. l. 31. l. pureo. l. 34. l. tium. l 35. l. phillin. p: 31. marg. l. 6. l. rent. p: 35 l. 30. l. sis p: 36, l 13. l. similis. l. 14. l. similis. p: 39. l. 9. l. cesset. l. 13. l. illa l. 26. l. Achazus. p: 41. l. 15. l. sic l. 17. l. timuere. l. 27. l. omnes. marg. l. 32. l. fines. p: 42. l 34. l. infixi erant. marg. l. 2. l. de pace. p: 43. l. 1. l. posuere. l. 4. l. ere. marg. l. 31. l. epri. l. 40. l. Nominat. p. 44 l. 28 l. ret. p: 45. l. 14, 15. l & non. p: 46. l. 10. l. Persa. p: 47. 16. l vi. p: 48. l. 6 l no-sti. marg. l 23. l. matos. p: 50. l. 1. l. caput l. 6. l. veni. l. 16. l. reges. p. 51. l. 6. l. Domine marg l. 7. l. secures. l. 14, 15. l. & pro. f. l. 23. l. tus. p: 53 l. 30. l. calice. p. 54. l. 2. l. erunt l. 14. l. cantores. p. 55. l. 24 l. atrium. p. 56. l. 2 l. vinum. l. 5. l. vinum. l. 7. l. vinum. l. 17. l. Infudit. l. 34. l. gustu. marg l. 21. l. tiis multis. l. 39. l. rubrum. p. 59. l. 19. l. meq; p. 60. l. 7. l. dixi. p. 61. l. 1. l. chishi. marg. l. 6. l. mutavit. p 62. l. 10, 11. l. Propheta p. 64 l. 19 l qui l. 27. l. ni. p 66. l. 29. l. taret. p. 70. marg. l. 19. l. infermentatum. p. 71. l 4. l. Sicut. l. 23. l gata. marg. l. 12. l. Abbrev. p. 72. l. ult. l. Et populus hic inter urbes dispersus est. Sunt ex iis qui. marg. l. 1. l. clamavit. p. 74. l. 4. l. fuerunt. l. 16. l. minus. p. 75. marg. l. 7. l. flua. l. 12. l. Chald. p. 76. l. 25 l. derit. l. 34. l. nullus. p. 78. l. 1. l. venit coram. p. 79. l. 13. l. Estheræ. l. 15. l. & eum. l. 33. l. Estheræ. p. 80. l. 27. l. clausit. l. 28. l. contra cisternas. l. 30. l. At inclusit. l. 33. l. acies. marg. l. 7. l. tene. p. 81. l. ult. l. rabit. p. 83. l. 23. l. lectos. p. 84. l. 7. l. eat. l. 8. l. diatur. l. 23. l. omisit. l. 25. l. mantibus. l. 27. l. quia. p. 85. l. 2. l. ultra. l. 8. l. tatem venerint. l. 11. l. litæ. l. 12. l. minus. l. 15. l. r ator. l. 17. l. one. p. 87. l. 12. l. omne. l. 19. l. quia. l. 23. l. faciant. p. 88. l. 7. l. tari. l. ult. l. eos quæsivisse. p. 89. l. 23. l. tradantur. l. 25. l. faciant. l. ult. l. & tintin. p. 90. l. 9. l. nomen. p. 91. marg. l. 1. l. legitima. p. 92. l. 2. l. strigiles. l. 14. l. gales. l. 21. l. juste. l. 22. l. racula. l. 23. l. damnum. l. ult. l. abibant. p. 93. l. 26. l. Agaso qui equum adduxit, præco. p. 95. l. 3. l quæsivit l. 9. l. bores. l. 16. l. mecum. p. 96. l. 25. l. tuo l. 26. l. cula. l. 32. l. chæe. l. ult. l. me. Caput meum aufero gladio regis, eo enim interficiuntur omnes principes provinciarum. p. 97. l. 7. l. exedram. l. 8. l. gati ib l. dedere. l. 11. l. ego permittere. marg. l. 8. l. cruce. l. 15, 16. l. fabulam. l. 17. l. Talmudicam. l. 19, 20. l. mercedes. l 29. l. tiant. l. 30. l. fasciculos. p. 98. l. 18. l justus l. 26 l. Hamane. p. 99. l. 6. l. sim. l. 19. l. parvam. l. 26. l. irritum. p. 100. l. 17. l. multos. l. 23. l inter populum & populum, & inter. p. 101. l. 5. l. esse, neq; cognovi, quod Judæi a me petiti essent. p. 102. l. 1. XI. l. IX. l. penult. l. numerus. p. 103. l. 21. l. Haman. p. 104 l. 8. l. litis. l. 29. l. ejus. p. 105. l. 15. l. in Sanctuario. p. 106. l. 19. l Estheræ. l. 23. l. Ahasuerus populum Estheræ, & cognatiouem ejus. p. 107. l. 4. l. inter stellas.

ERRATA.

Pag. 5. marg. l. 5. l. divisit l. 12. l. hic locus p. 8. l. 24. l. Esther. l. 5. marg. l. 5. [illegible] l. 20. l. [illegible] l. 13. [illegible] l. 10 [illegible] [illegible] [illegible] p. 11. l. [illegible] l. 5. l. rem. p. 12. l. [illegible] l. 20 [illegible] marg. l. 12. [illegible] nomen. p. 14. l. 23. l. [illegible] marg. l. 24. [illegible] l. 22. l. Exaltae. [illegible] l. 22. [illegible] marg. l. [illegible] p. 15. l. 22. l. lecti. marg. l. 25. l. [illegible] ibid. [illegible] p. 18. marg. l. 3. l. [illegible] pro [illegible] l. 24. l. Mirare. p. 21. marg. l. 2. l. ducta. p. 22. l. 30. l. [illegible] p. 23. l. 14. l. [illegible] l. 17. l. [illegible] p. 26. l. 8. l. [illegible] l. [illegible] l. 18. l. [illegible] l. 28. [illegible] marg. l. 29. l. [illegible] l. 28. [illegible] p. 30. l. 2. [illegible] l. 3. l. [illegible] marg. [illegible] p. 30. l. 13. [illegible] [illegible] l. 5. l. [illegible] marg. [illegible] p. 35. [illegible] l. 24. l. finis. p. 39. l. 9. l. cessit. l. 13. l. illa. l. 26. l. Achazam. p. 43. l. 14. l. hic. [illegible] l. 27. l. [illegible] marg. l. 32. l. fines. [illegible] l. 2. de pace. p. 48. l. [illegible] l. 4. l. [illegible] marg. l. [illegible] l. 8. l. [illegible] l. 15. [illegible] l. [illegible] l. Petit. [illegible] marg. l. 25. l. [illegible] [illegible] marg. l. [illegible] l. 14. l. 15. l. [illegible] p. [illegible] l. [illegible] l. 12. cantores. p. 57. l. 24. l. [illegible] p. 58. l. 2 [illegible] l. [illegible] 17. l. [illegible] l. 34. l. [illegible] marg. l. 21. [illegible] l. 19. l. [illegible] p. 58. l. 7. l. dixi. p. 61. l. [illegible] marg. l. 8. l. [illegible] p. 62. [illegible] [illegible] l. 19. l. [illegible] l. 27. l. [illegible] p. 65. l. 19. l. [illegible] p. 70. [illegible] l. 8. l. [illegible] l. [illegible] l. 2. l. [illegible] marg. l. 2. l. [illegible] l. 24. l. Esther. [illegible] l. 5. l. [illegible] p. 72. [illegible] p. 75. marg. l. 7. l. [illegible] l. 21. l. Chald. p. 76. l. 25. l. dein. l. 24. l. [illegible] p. 78. l. 1. l. [illegible] l. 13. l. Esthere. l. 15. l. [illegible] l. 53. l. Esthere. p. 80. l. 27. l. [illegible] l. 8. l. [illegible] l. 30. l. [illegible] l. 23. l. [illegible] marg. l. 7. l. [illegible] p. 83. l. 22. l. [illegible] p. 84. l. 7. l. [illegible] l. 8. l. [illegible] l. 9. l. [illegible] p. 87. l. [illegible] l. [illegible] l. [illegible] l. 25. l. [illegible] l. 25. l. faciant. l. [illegible] l. 25. l. faciant. [illegible] p. 90. l. 9. l. [illegible] p. 91. marg. l. [illegible] l. [illegible] p. 92. l. 2. l. singules. l. 24. [illegible] l. 21. l. [illegible] l. 22. l. [illegible] l. 3. l. [illegible] l. [illegible] abibant. p. 93. l. 26. l. [illegible] p. 95. l. 3. l. quæsivit. l. 10. l. [illegible] l. 16. l. [illegible] p. 96. l. 25. l. [illegible] l. 26. l. [illegible] l. 32. l. [illegible] Caput meum auferet gladio [illegible] [illegible] p. 97. l. 2. l. [illegible] l. [illegible] marg. l. [illegible] l. 14. l. [illegible] l. [illegible] p. 98. l. 18. l. [illegible] l. Hamanæ. p. 99. l. 6. l. [illegible] l. 19. l. [illegible] l. 24. l. irritum. p. 100. l. 17. l. multos. l. 2. l. inter populum & populum, & inter. p. 101. l. 7. l. esse neque; cognovi quod Judæi a me [illegible] p. 102. l. [illegible] l. 2. l. numerus. p. 103. l. 2. l. Hamanæ. l. 8. l. [illegible] p. 105. l. 5. l. [illegible] p. 106. l. 19. l. Esthera. l. 23. l. [illegible] [illegible] & cognationem ejus. p. 107. l. 4. l. inter. [illegible]



Targum prius in lib.

ESTHERÆ.

Cap. I.

1 FUit autem in diebus Affueri: Is fuit ille Asſuerus, cujus in diebus cesſavit opus domus Dei noſtri magni. Ceſſavit in quam uſq; ad annum ſecundum Darii propter conſilium Vaſhti peccatricis filiæ Evil-merodachi filii Nebuchadnezzaris. Et quia non permiſit ut ædificarent domum ſanctuarii, decretum eſt contra illam, ut nuda interficeretur. Ipſe quoq; quia auſcultavit conſilio, curtati ſunt dies ejus, & diviſum eſt regnum ejus. Ubi enim ante hæc manibus illius ſubjecti fuerint omnes populi, nationes, & lingæ, & præfecturæ, nunc quidem propter hoc non ſervierunt ei *amplius*. Poſtquam autem manifeſtum fuit coram Domino debere Vaſhti interfici, eumq; Eſtheram accepturum, quæ erat e filiabus Saræ, quæ vixit centum & viginti & ſeptem annos, data eſt illi prolongatio, & regnavit ab India magna uſq; ad Æthiopiam, quæ eſt ex oriente Indiæ magnæ, & uſq; ad Occidentalem plagam Æthiopiæ in centum & viginti & ſeptem provincias.

B *Additio.*

Additio.

Quinq; loca sunt, in quibus scribitur, Et fuit, in significatione *b* Væ. Et hæc sunt. Et fuit in diebus Amraphel, quod congregati fuerint reges. Gen. 14. 1. Non fuit autem contentio, aut bellum in mundo usq; dum venit Amraphel. Et fuit in diebus *in quibus* judices judicabant. Ruth 1. 1. Fuit autem omne genus mali in diebus eorum. Quodnam vero fuit væ? Quia fuit fames in terra, sicut scribitur, Et fuit fames in terra, Ibid. Et fuit in diebus Ahazi, Es. 7. 1. Væ fuit in diebus ejus. Et quodnam fuit væ? Eo quod scribitur, Ascendit Rezin rex Syriæ. Et quod scribitur postea, Ascendamus in Judæam, & vexemus eam. Es. 7. 6. Inde tu doctus es quod ubicunq; dicitur Et fuit in diebus, significatio væ includatur. Erat autem a principio mundi, ab annis primis, quando angustiæ venerunt super domum Israelis, ut orare solerent coram patre eorum qui est in Cœlo, qui respondit iis, sicut scribitur, Et erit priusquam vocaverint, ut ego respondeam, priusquam loquantur, ego audiam, Es. 65. 24.

b Videtur alludere ad vocem Hebraicam vaihi, Et fuit; quæ vox visa significat væ illi, vel væ est. Tria tantum loca citat, quamvis quinq; esse dicat. Duo alia sunt in locis, Esth. 1. 1. *&* Jer. 1. 3. *ut e Masora magna patet. Sub Ahasuero fuit Hamanis conspiratio. Sub Jehoiachimo cœpit captivitas Babylonica.*

2. In diebus illis, cum contendit Rex Assuerus sedere super thronum regium Salomonis, qui Hierosolymis abductus fuit a Shesbacho rege Ægypti. Et ex Ægypto ablatus fuit à Sancheribo. Et a Sancheribo abductus fuit per Hezechiam, & Hierosolymas rediit. Rursus autem Hierosolymis ablatus fuit a Pharaone *c* claudo rege Ægypti. Quemq; Ægypto abstulit Nebucadnezzar, & Babelem deduxit. Et quando vastavit Cyrus *d* Medos Babelis, in Persiam eum deduxit. Et postea regnavit Ahasuerus, & conatus est sedere super illum, sed non potuit. Misit igitur, & adduxit architectos ex Alexandria, qui similem facerent, qui tamen non potuerunt. Alium

c Qui Necob vocatur, Heb. *i. percussus, pedibus sc.*

d מדהא *Medos ejus, Babelis sc. Pleonasmus Chald. Est autem* מדהא *pro* מדאהא *Aleph amisso. ut* Eccles 7. 13. מרהא *Dominos ejus pro* מראהא*. Sed cur dicit Medos Babelis? verisimile est allusionem esse ad fabulam aliquam Rabbinicam de destructione Medorum a Cyro post mortem Darii & translatione imperii in Persiam. Nisi sit* ר *pro* ד. מרהא *Dominos Babelis.*

Alium autem fecerunt inferiorem eo, & duos annos in eo *conficiendo* sedulo laboraverunt. Et in anno tertio regni ejus, sedit super thronum eum regium illius, quem fecerunt ei Architecti in Shushane palatio.

3. Anno tertio regni Ahasueri convivium fecit. Et quapropter convivium fecit? Sunt qui dicant, quod rebellaverint contra illum præfecti. Ille autem abiit, & subegit eos. Et postquam subegisset eos, venit & convivium celebravit. Est autem *quidam* qui dicit, Dies festivalis fuit ei: misit autem epistolas in omnes provincias, ut venirent, et coram eo lætarentur. Misit et invitavit omnes magnates provinciarum, ut venirent & lætarentur cum illo. Et venerunt coram eo reges centum & viginti & septem e centum viginti septem provinciis, & omnes illi cincti *fuere* coronis in capitibus suis. Erant etiam conjuncti ei super *b* sedes sericeas. Edebant quoq; & hilares erant coram Rege. Erant præterea principes & duces provinciarum coram eo. Erant & de magnatibus Israelis ibi. *Qui* propterea quod illic videbant vasa sanctuarii, flebant ibi & lugebant.

b Chald. thesauros serici. Forte sedes erant ex auro & serico contexta.

4. Et postquam ederunt & biberunt, & delicate se gesserunt, ostendit iis divitias suas, quæ relictæ fuerunt in manu ejus a Cyro Medo. Cyrus etiam reperit opes illas in vastatione Babelis. Fodit in margine Euphratis, & ibi invenit sexcenta & octoginta scrinia ænea plena auro optimo, rubinis, beryllis, & coraliis. Et illis opibus corroborata fuit gloria ejus dies multos, & convivio accepit magnates centum & octoginta dies.

5. Et cum completi fuerint dies isti convivii, fecit rex omni populo domus Israeliticæ, peccatoribus sc. qui reperti fuerunt in Susane palatio, qui reputati sunt inter incircumcisos, habitatores terræ, tam parvis quam magnis convivium septem dierum in atrio horti regii interioris, qui plantatus fuit arboribus frugiferis & aromaticis obtectis usq; ad mediam earum *partem* auro puro, & impletæ erant impletionibus lapidum pretioso-

 rum,

rum, illoſq; obumbrabant. At Mardochæus juſtus cum *b* familia ſua non fuere ibi.

6. Ab arbore autem una ad aliam expanſa erant aulæa byſſina. Color eorum albus erat ſicut Saphiri, & Praſinus, & Hyacinthinus. Ligata *erant* funiculis ſericeis purpura tinctis. Suſpenſa ſuper uncinos argenteos, & ubi manebant tigna rotunda argentea poſita ſuper columnas marmoris rubei, viridis, ſulgurantis, *c* crocei & albi. Sedere fecit eos ſuper lectos *d* ſericeos, qui *f* extenſi fuere ſuper ſtrata, quorum columnæ fuere ex auro puro, & pedes eorum argentei manentes *quiſq;* ſuper baſin ſuam ſtratam cryſtallis, & marmore, *g* & finiculus figuratus *h* munitionibus maris magni, funes autem picti eos undiq; circundabant.

7. Et juſſit ut potum illis darent in vaſis aureis domus Sanctæ, quæ adduxit Nebuchadnezzar impius Hieroſolymis. Et vaſa alia, quæ ibi fuerunt regis Ahaſueri mutata fuerunt in forma eorum, *k* ſicut plumbum. Coram vaſis inquam domus ſanctæ mutata fuere. Et biberunt vinum muſti, quod potationem regiam deceret, cujus odor multus erat, & guſtus dulcis, neq; cum indigentia, ſed juxta ſufficientiam *l* potentiæ regiæ.

8. Erat autem potatio juxta morem conſtitutum *m* perſonæ, neq; erat qui cogeret. Quia ſic determinavit decretum regis ſuper omnes præfectos, qui domui ejus præpoſiti fuere, ut facerent juxta voluntatem cujuſq; Iſraelitæ, & juxta voluntatem cujuſq; *alterius* ex omnibus populis & linguis.

9. Etiam Vaſhti regina impia convivium fecit mulieribus in domo *n* regia *in* cubiculo dormitorio regis Ahaſueri.

10. Mardochæus autem juſtus oravit coram Domino a die primo convivii ad diem ſeptimum, qui ſabbatum fuit. Panem non comederat, nec aquam biberat. Die autem ſeptimo, qui ſabbaticus fuit, aſcendit clamor illius & clamor Synedrii coram Domino. Et cum hilare fuit

b Chald. cœtu ſuo.

c Bib. regia, ſubtilia. Quid autem hoc ad colores?

d Bib. reg. a cervorum corrupt.

f In bib. Ven. דמחתן pro דמתחן vid. Bib. Bux.

g Vel & funes e munitionibus, &c.

h i.e. partibus trans mare magnum ſitis.

k הי כאבר in bib. Ven. par. & היכאבך in Bib. Bux. pro היך אבר.

l Chald. nanus.

m i. cujuſq; individui hominis.

n Chald. regni loco cubiculi domo dormitionis.

ſuit cor regis vino, miſit ad eum Dominus angelum conturbationis ut perplexum fieret feſtum eorum. Dixit ergo Mehumani, Bizthæ, Charbonæ, Bigthæ & Abagthæ, Zethari & caraſo. Mehumani, qui tumultui præfectus ſuit, Bizthæ, ſpolio domus, Charbonæ *b* poſt eum, *c* Bigthæ, & Abagthæ Dominus mundi, futurum erit, ut comprimat eos, ſicut quis uvas in torculari premit duabus vicibus. Et vaſtaturus eſt & contriturus magnates illos ſeptem, qui diebus his ſeptem coram facie regis Ahaſueri miniſtrabant.

b *Poſt eum Chald.* אחר ביה *forte pro* אחרביה *vaſtavit eum. Bigtha & Abagtha à* בגת *in torculari.*

11. Et decrevit rex ut hi ſeptem magnates adducerent Vaſhti reginam nudam, quia nudas ſervire coegerat filias Iſraelis, & carnere lanam & linum in die Sabbati. Ideoq; decretum fuit contra eam, ut nuda adduceretur, ſed *cum* diademate regni in capite ejus propter juſtitiam, quia veſtivit Nebuchadnezzar patris ejus pater Danielem purpura. Et idcirco decretum ſuit ut adduceretur coram eo cum corona regni, ut oſtenderetur populis, & magnatibus, ſuit enim aſpectu elegans.

12. Renuit autem Vaſhti regina venire juxta decretum verbi regii, quo præceptum ſuit ei per magnates. Rex igitur valde iratus fuit, & furor ejus ebulliit in eo.

13. Et dixit rex ſapientibus, filiis Iſſacharis, qui periti ſuere *in* cognitione temporum conſtitutorum in libro legis, & computatione ſeculi. Sic enim *c* decorum ſuit, ut enuntiatum eſſet verbum regis coram omnibus ſapientibus, & ſcientibus legem & judicium.

14. At reſpuebant filii Iſſacharis judices eſſe in illa cauſa. Sed oraverunt coram Domino, & ſic dixerunt, Domine mundi perturba feſtum illorum, & memor eſto juſtorum qui obtulerunt coram te in domo ſanctuarii tuæ agnos unius anni, & duos filios columbæ turtures ſuper altare terræ manibus ſacerdotis ſummi, qui indutus ſuit pectorali, in quo fuit Chryſolitus, & filii ſacerdotum miſcuere ſanguinem, et panem facierum coram

te disposuere. Convertit se igitur rex, & reversus consilium petiit a magnatibus suis, qui ei propinqui fuere (Quorum hæc sunt nomina, Carshena, Shethar, Admatha, Tarshish, Meres, Marsena, Memucan, septem magnates Persici & Medi videntes faciem regis, qui sedebant in gradu primo qui fuit in soliis regni)

15. Quid fieri deberet juxta legem de regina Vashti, quia non fecit *juxta* mandatum regis Ahasueri, quod de ea decrevit per magnates.

16. Et dixit Memucan, (ille *fuit* Haman nepos Agagi impii) coram rege & magnatibus, Non contra regem solum peccavit Vashti regina, quia contra omnes magnates, & omnes populos omnium provinciarum, in quas dominatur rex Ahasuerus, *peccavit illa*.

17. Exibit enim verbum decreti reginæ ad omnes fœminas ad contemnendum maritos suos coram seipsis, cum dicat una earum alteri, Revera profecto jussit rex Ahasuerus adducere Vashti reginam coram eo: at non venit.

18. Hodie igitur dicent principissæ Persarum & Medorum se maritis suis facturas, juxta rem quam *b* audiverunt Vashti reginam fecisse: & consilium similiter tractandi omnes magnates regis inibunt. Et quis potest tantam derisionem & iram sustinere?

19. Si coram rege *b* bonum *videatur*, exeat mandatum regium decretorium a præsentia ejus, & scribatur in decretis Persarum & Medorum, ut non cesset hoc decretum, ut non veniat Vashti coram rege, & si posthac venerit coram rege, decernat rex, ut auferatur caput ejus: interim regnum ejus det rex sociæ illius, quæ eam excellit.

In bib. venpar. פשיר *pro* שפיר *vid. Bib. Bux.*

20. Sic audietur verbum regis decretorium, quod faciet, in omni regno suo, quia decretum magnum est: & postea omnes fœminæ magnificentiam & honorem maritis suis dabunt, tam magnæ quam parvæ.

21. Et bonum visum fuit verbum coram rege

&

& magnatibus, et fecit rex juxta verbum Memucanis.

22. Et misit epistolas scriptas, & sigillatas sigillo suo in omnes provincias regis unicuiq; provinciæ juxta scripturam delineationis suæ, et unicuiq; populo juxta locutionem linguæ suæ lectum erat. Et sic dixit, Vos populi, gentes & linguæ qui habitatis in omni dominio meo, cavete ut vir quisq; *b* dominetur in uxorem suam, et cogat eam ut loquatur juxta sermonem viri, et juxta loquelam populi sui.

b מסרבן *pro* מסרבן.

Cap. II.

POst hæc quando respiravit et cessavit ab inebriatione vini sui, et cum furor iræ regis Ahasueri quievit, cœpit recordari Vashti. Responderunt magnates ejus, et sic dixerunt, Annon tu ille *es* qui condemnasti eam judicio mortis propter factum illius? Dixit illis rex, Ego non decrevi ut interficeretur, nisi venisset coram me: at illa non venit. Mandavi quidem ut regnum ejus ab ea auferretur. Dixerunt ei, Non ita *est*, sed judicium *c* mortis decrevisti contra eam e consilio septem magnatum. Statim furor iræ ejus *exarsit*, et *d* decrevit, ut septem magnates in cruce suspenderentur.

2. Et dixerunt juvenes regis qui ei ministravere, Quærant in necessitatem regis *sublevandam* virgines juvenes aspectu pulchras.

3. Et constituat rex præfectos in omnibus provinciis regni sui, qui congregent omnes virgines juvenes visu pulchras ad Shushanem palatium in domum mulierum, ubi sunt balnea et in *f* loca interiora, ubi præfectus est Hega princeps Eunuchorum regiorum custos fœminarum: et decernatur ut detur unguentum, quo ungantur.

c Verisimile est eos hanc historiam comminisci de morte Vashti, ne Esthera non legitima uxor æstimaretur.

d Chald. גזרי *decernentes pro* גזר *decrevit.*

f Chald. ובגאת *pro* ובגואן.

4. Et

4. Et virgo quæ pulchra visa fuerit coram rege veniat in possessionem regni vice Vashti. Et placuit regi *b* res, & ita fecit.

5. Vir sanctus, et laudans, et orans coram Deo pro populo suo fuit in Susane *c* palatio, cujus nomen erat Mardochæus appellatum, quia similis fuit *d* myrrhæ puræ, filius Jairis, filii Shimei, filii Gera, filii Cish viri e tribu Benjaminis. Is *fuit* Shimei, qui Davidi maledixit, & cum voluisset Joab interficere eum, non permisit illum, quia intellexit de eo e spiritu prophetico, et vidit paratos esse Mardochæum et Estheram, qui ex illo exirent. At quando cessavit Shimei gignere *liberos*, jussit David Salomonem filium suum eum interficere.

c Videtur totam urbem ita vocari quia rex ibi habitavit.

d מרדכי *Mardochæus* מירא דכיא *Myrrha pura*

6. Qui *Mardochæus* abiit in captivitatem ex Hierosolymis cum captivis qui abducti fuere cum Jeconia rege Jehudæ, quem captivum duxit Nebuchadnezzar rex Babelis. Et cum vastavere Babelem Cyrus et Darius, exiit Mardochæus e Babele cum Daniele, et tota congregatione Israelis, qui fuerunt ibi in Babele, illic exierunt, et cum Cyro rege venerunt ad habitandum in Susane palatio.

7. Educavit autem Mardochæus Hadassam (ea *fuit* Estheræ filiam patrui ejus. Et quare *f* vocaverunt eam Hadassam? Quia justa fuit, justi autem *g* myrto assimulantur. Estheram vocaverunt eam, quia *h* abscondita fuit in domo Mardochæi septuaginta et quinq; annos, neq; vidit faciem viri, nisi Mardochæi, qui factus fuit ei nutritius. Non enim erat ei pater aut mater. Virgo *erat* pulchra visu, et aspectu elegans. Et quo tempore moriebatur pater illius, relicta fuit in visceribus matris suæ, & cum peperisset eam mater, mortua est. Mardochæus ergo accepit eam sibi in domum ejus, et vocavit eam filiam.

f Et vocaverunt sed ו *& redundat.*

g הדסה *Esthera* אסא *Myrtus.*

h אסתר *Esthera à* סתר *abscondit.*

8. Fuit autem cum auditum fuit verbum præconis regii, et decretum ejus, et cum virgines multæ congregarentur

garentur in Susanem Palatium sub potestate Hegæ, ut adduceretur Hestera violenter, & veniret in domum regis sub potestate Hegæ custodis mulierum.

9. Et pulchra visa fuit virgo in oculis ejus, & reportavit gratiam coram eo, & [a] jussit accelerari unguentum [b] unctionis ejus, & dona ejus, torques, & vestes regias quæ darentur ei, & septem virgines in ministerium [c] septem dierum hebdomadæ Cholta ministrabat ei prima primo die hebdomadæ: Rochgultha secundo die hebdomadæ: Genunitha tertio die hebdomadæ: Nehoritha quarto die hebdomadæ: Rochashitha quinto die hebdomadæ: Churphitha sexto die hebdomadæ: Regonitha die sabbati. Omnes illæ justæ fuere, & providebant, ut cibum & potum ei adducerent manibus suis e domo regia. Tunc [d] removit eam & puellas ejus ut benefaceret ijs, & delicate foveret in domo mulierum.

10. Non patefecerat Esthera populum suum aut cognationem suam, quia Mardochæus præceperat ei, ut non indicaret. Et quapropter præcepit ei, ut non indicaret? Quia cogitavit in corde suo Mardochæus, Vashit quæ seipsam honoravit, & noluit venire, ut rex, & principes pulchritudinem ejus viderent, judicijs malis ab eo judicata fuit, & interfecta. At quare non patefecit Esthera populum [e] cognationis suæ? Ne forte irasceretur ei rex, eamque interficeret, & populum unde orta fuit, destrueret. Idcirco præcepit ei, ut non patefaceret populum suum, aut cognationem suam.

11. Unoquoq; autem die oravit Mardochæus, & abijt coram atrio quod *erat* in domo fæminarum, ut de [f] pace Estheræ cognosceret, & quid de ea factum fuerit.

12. Cumq; venit terminus cujusq; puellæ, ut coram rege Ahasuero veniret, postquam factum cum ea fuerit

[a] Bib. Ven. per ונקיר *pro* ופקיר *Vid. Bib. Bux.*

[b] Bib. Reg. dignitatis corrupta.

[c] Fingunt Judæi Esthera vivente inter ethicos qui aliter dies numerabatn septem pellis suis nomina memoriatia dierū inpofuisse, ut sabbati memor esset. Prima vocavit Choltam. i. prophanam quia primo die Cholta i. septimana cōis ei ministrabat: secundam vocavit Rochgultham a רקיע *firmamento, eo die facta Tertiam Genunitham a ginta horto, arbores tum creatæ erat. Quartam Nehorithama luminaribus eo die creatis. Quintam Rochashitham a reptilibus tum creatis. Sextā Churphitham avitam, ingeniosam quia homo die, factus fuit. Septimam Regonitham a Regana quiete. Vid. Chald. Syr. Buxt. Jun. radice* חלל *in nomine* חול *[d] Bib. reg. mutavit vix latine. Non sunt enim in alias fœminas mutatæ, sed in alium locum remotæ. [e] In bib. Ven, par. deest.* ר. *signum gen. casus. vid Bib. Bux. [f] i: Prosperitate. Hebræi enim omnia bona sub pace comprehendunt.*

juxta morem mulierum quæ manebant in delicijs suis duodecem menses anni, sic enim completi fuere dies unctionis earum, sex menses sc: [g] taxo & oleo omphacino, quæ pilos excutit, & carnem delicatam facit, & sex menses in aromatibus, & in unctionibus mulierum.

[g] *Ubi errat Bux. Jun in Dict. Chal Syr. in* תבסא *transfertent hanc locum munditie vel ornatu. Cum Targunista hic loquatur de psilothro, Oleum autem omphacium solum nihil minus est quam psilothrum.*

13. Et illo tempore postquam completi fuerint, duodecem menses anni, virgo ad regem venit: quemcunq; satrapam aut principem nominare voluit, statim datus ei fuit, qui venire cum ea de domo mulierum ad domum regiam.

14. Tempore vespertino venit ad ministrandum regi, & tempore matutino reversa est ad domum fæminarum rursus sub potestate Shangshegazi principis regij custodis matronarum: & exinde & ulterius non venit amplius ad regem, nisi ea in qua complacitum erat regi, & quam nomine distincto & descripto vocaret.

15. Cum vero terminus Estheræ venit filiæ Abicaijlis patrui Mardochæi quam [h] sibi in filiam acceperat, ut ad regem veniret, nihil utile omnino requisivit, nisi quod dixit Hega, qui custos mulierum regius fuit. Esthera autem gratiam reportavit, & misericordias invenit in oculis omnium, qui eam viderunt.

[h] *In Bib. ven par.* ללכרת *pro* ליה לברת *vid. Bib. Bux.*

16. Et recepta fuit Esthera a rege Ahasuero in uxorum, & adduxit eam in cubiculum *in* domo regni sui mense decimo, mense Decembris sc: anno septimo regni sui.

17. Et dilexit Estheram Rex præ omnibus mulieribus, quæ adductæ fuerant, & misericordias, & gratiam reperit coram eo præ omnibus virginibus, & posuit ornamentum aureum super caput illius, ejecit quoq; e cubiculo dormitorio suo imagines Vashti, & collocavit illic imagines Estheræ, & sedere fecit eam super thronum secundum, & regnare fecit illam vice Vashti.

18. Fecit autem rex festum magnum omnibus magnatibus suis, & servis, & vocavit illud, Festum Estheræ, & remissionem jucundam tributi provincijs dedit, ut

&

& dona & portiones pro ſufficientia potentiæ regiæ.

19. Et cum vice ſecunda congregatæ fuerunt virgines, Mardochæus etiam oraverat, & abierat, & in porta regia ſedebat.

20. [i] Tempore quadam rogavit eam rex, e quo populo orta *es* tu? At non [k] indicavit Eſthera cognationem ſuam, aut populum ſuum, ſicut præceperat ei Mardochæus. Verbum autem Mardochæi fecit Eſthera, ſabbata & feſta obſervavit: in diebus menſtrui *ſui* abſtinuit a pulmentis, & vinum gentium peregrinarum non guſtavit, & omnes obſervationes quibus obſtrictæ fuerunt mulieres Iſraeliticæ obſervavit juxta verbum Mardochæi, ſicut obſervaverat, quando cum eo educata fuit.

21. Diebus illis, cum ſedit Mardochæus im Synedrio, quod ei paraverat Eſthera in porta regis, & cum viderunt hoc duo magnates, congregati fuere, & irati dixerunt hic illi, An non regina mandato regio quærit nos amovere, & Mardochæum conſtituere. [l] Non eſt dignum janitores duos amovere, & unum ſtabilire. Flentes conſultavere ſermone proprio Bigthan, & Tereſh. [m] Tarſentes duo magnates regis e cuſtodibus palatij, & dixerunt toxicum mortale quod Eſtheræ reginæ *paraverant, velle ſe ei* bibitum dare, & manus regi Ahaſuero inijcere, eumq; gladio in dormitorio ſuo interficere.

22. Res autem Mardochæo cognita fuit, quia peritus loquendi linguis ſeptuaginta fuit, qui Eſtheræ reginæ indicavit, illa autem regi annuntiavit, & ſcriptum fuit ſub nomine Mardochæi.

23. Et perveſtigata res fuit, & vera reperta, & ſuſpenſi fuerunt ambo illi ſuper crucem, & ſcriptum fuit in libro memorabilium, qui coram rege quotidie lectus fuit.

[i] *Bib. ven. par. addunt* ויומא ומיסת *& multum & dies ſine ſenſu. Buxtorfius rectè omittit.*

[k] *Bib. ven. par* הוה *pro* הות. *vid. Bux.*

[l] *i. indignum eſt.*

[m] *vel metallici.*

Cap. III.

n Patet e sequentibus Judeos synedrium in cælo collocare qui cum Deo expostulare solent de rebus mundanis, quos Mensuram judicij vocant quia sequitur, cessate a me, nam. Plur.

Post hæc venit [n] Mensura judicij coram Domino totius mundi, & sic dixit, An non Haman impius e Susane Hierosolymas descendit, ut cessare faceret ædificationem Sanctuarij tui ? Et ecce jam extulit rex Ahasuerus Hamanem filium Hammedatheæ, qui est e familia Agagi filij Amaleci impij, & eum super omnia Dominum præfecit, & solium ejus paravit supra *solia* omnium magnatum, qui cum eo *sunt*. Respondit Dominus mundi, Huc-usq; in mundo non fuit cognitus, cessate a me usq; dum magnificetur, & omnibus populis cognitus fuerit, & postea in illum vindicabo angustias omnes, quas ipse & patres ejus populo Israelitico intulere.

2. Et servi regis omnes, qui *erant* in porta domus regiæ, incurvaverunt se imagini, quam sibi paraverat, & Hamanem venerabantur. Sic enim de eo mandaverat rex. Mardochæus autem non incurvavit se imagini nec Hamanem venerabatur, quia fuerat servus illius, qui ob buccellam panis ei venditus fuisset.

3. Et dixerunt servi regis, qui *fuere* in porta palatij regij Mardocheo, Quid rei est, quod mandatum regium transgrederis ?

o Bib. ven par ויממרא *pro* וממרא.

4. Evenit autem cum illum allocuti fuissent [o] quotidie, & noluit illis auscultare, ut Hamani indicarent, ut viderent, an stabiliri possent res Mardochæi contra res Hamanis. Dixerat enim illis, quod Hamanem non venerabatur, quia servus ejus fuerat, & venditus ei ob panis buccellam. Et *quod* imagini quam [p] sibi paraverat *Haman*, non incurvavit se, quia Judæus fuit, Judæi autem non solent talia colere, aut se ijs incurvare.

p Bib. ven. par בחויה *pro* בהריה *vid. Bib. Bux.*

5. Cum vidit Haman Mardochæum non incurvantem se imagini, neq; venerantem eum, furore impletus in Mardochæum fuit.

6. Et lusus videbatur ei extendere manus suas ad interfi-

terficiendum Mardochæum ſolum, indicaverant enim ei, originem ducere Mardochæum a Jacobo, qui ab Eſauo avo Hamanis primogenituram abſtulerat, & benedictionem, & Judæos [q] eſſe gentem Mardochæi. Idcirco quæſivit Haman interficere omnes Judæos, populum Mardochæi *ſc:* qui fuerant in toto regno Ahaſueri.

7. [r] Menſe primo, qui fuit menſis Martij, anno duodecimo regis Ahaſueri, cadere fecit [ſ] Pur. i. ſortem coram Hamane a die in diem, & a menſe in menſem duodecimum, menſem *ſc:* Februarij.

8. Et dixit Haman regi Ahaſuero, Eſt gens quædam diſperſa ac diſſipata inter gentes, & populos, & linguas, & quidam ex illis habitant in omnibus provincijs regni. Decreta autem legis eorum ab omnibus populis diverſa ſunt. Panem noſtrum, aut pulmentum non guſtant. Vinum noſtrum non bibunt. Dies natalitios noſtros non obſervant: neq; legem noſtram confirmant, neq; decreta judicij regij faciunt. Regi autem nil lucri ab ijs evenit. Quæ autem utili as regi ab ijs provenit, ſi eos ſuper faciem terræ *vivere* permittat?

9. Si Regi viſum fuerit, ſcriptum edat, ut perdantur, & decem mille talenta argentea pendam in manus eorum,[t] qui opus faciunt ut aferant in Gazophulacium regium. [u] Et qui poteſt numeret ſexaginta myriades, quibus exiverunt patres eorum e ſervitute Egyptiorum.

10. Abſtulit autem rex annulum ejus obſignatorium de manu ſua, quem & tradidit Hamani filio Hamedathæ, qui fuit e ſemine Agagi, hoſti Judæorum.

11. Et dixit rex Hamani, Tibi data ſit pecunia, populus quoq; in manum tuam tradantur, ut facias quod tibi placuerit.

12. Et convocati fuere Scribæ regij menſe primo, decimo tertio die menſis, & ſcriptum fuit juxta omnia quæ præcepit Haman ad capitaneos regios, & præfectos, [x] qui conſtituti fuere ſuper ſingulas provincias, gubernatores, & ad magnates unius cujuſq; populi, & provinciæ juxta delineationem ſcripturæ ſuæ, & juxta ſer-

[q] *Bib. ven. par* רעמא *pro* עמא ר *ut poſteà. : & hic in Bib. Bux.*

[r] *In diſtinctionem verſuum in Bib. ven. par hic præponitur* ראמר *& dixit, pro* בחרש *in menſe. Error contractus ex initio verſus, ſequen.*

[ſ] *Bib. ven. par. habent* מילתא *pro* פרר.

[t] *Bib. reg.* מטבעא דעברי *qui pecuniam cudunt. Et concordat cum Targ. 2.*

[u] *Alludit ad numerum eorum, cum ex Ægypto exiere.* Exod. 12.37. *Vid. etiam Targ. 2. in hunc.*

[x] Bib. *Ven. par.* ר. *pro* ד. *Vid.* Bib. Bux.

sermonem linguæ cujusq; populi in nomine regis Ahasueri y scriptum *fuit* expresse, & sigillatum sigillo regio.

y *Bib. Bux. omittunt scriptũ quia antea extitit.*

13. Et ut mitterentur epistolæ manibus cursorum in omnes provincias regis, ut vastarentur, interficerentur, & perderentur Judæi omnes a juvenibus usq; ad senes, infantes & fœminas die uno, die *sc:* decimo tertio duodecimi mensis (qui est mensis Februarij) & spolia eorum auferrentur.

14. Ut exemplar scripti interponatur decretis z omnibus provinciarum singularum publicandum omnibus populis, ut in diem illum parati essent.

z *Omittit Bux.* נבל *prius juxta text.* Heb.

15. Festinanter exiere cursores juxta verbum regis: decretum autem datum fuit in Shushane Palatio. Rex interim & Haman sedebant vinum bibentes: urbs autem Susanis perplexa fuit gaudio populorum peregrinorum, & voce flebili populi Israelitici.

Cap. IV.

1. Mardochæus autem instructus fuit ab Elia Pontifice maximo in omnibus, quæ in cælis supernis facta fuere, & quid peccaverint Israelitæ ut e mundo extirparentur, & quod scriptum fuit, & obsignatum, ut e terra perderentur, sicut scriptum fuit, & sigillatum in cælis supernis, propterea quod quæstum faciebant auxilio Ahasueri impij: sigillum autem luto sigillatum fuit. Et misit Dominus mundi Etiam Pontificem Maximum ad indicandum Mardochæo ut surgeret, & oraret coram Domino mundi pro populo suo. Quod cum novisset Mardochæus, vestimenta sua laceravit, & sacco se vestivit super carnem suam, & cinerem capiti suo imposuit, nec non clamore magno clamavit, & in amaritudine animæ suæ voce tristi flevit.

2. Venit autem ad portam palatij regij, quia non est licitum ulli ut portam palatij regij intret, dum sacco vestitus sit.

3. [a] Et in singulis provincijs & civitatibus, *in* loco ubi verbum regis, & decretum judicij illius pervenit, luctus magnus *fuit* Judæis, & jejunium, & fletus, & lamentatio, & saccus indutus, & cinis justis multis impositus fuit.

4. Venerunt autem ancillæ Estheræ, & officiarij ejus, & ei indicarunt. Valde autem commota fuit regina, misitq; vestes regales ad vestiendum Mardochæum, & ut saccum ejus ab eo auferrent. At ille accipere noluit.

5. Vocavit autem Esthera Danielem, qui vocatus fuit [b] Chathac, qui ejus juxta verbum oris, decidebantur negotia regni, eumq; ad Mardochæum misit, ut sciret, quis esset sonus fletus ille, quo flevit, & quai propter vestes regales, quas ei [c] miserat, non acceperat.

6. Exijt autem Chathac, ut Mardochæum alloqueretur ad platæam urbis, quæ est e regione portæ palatij regij.

7. Judicavit autem illi Mardochæus omnia quæ illi accidere, quia Hamanem non veneratus esset neq; statuæ ejus se incurvaverat, & principalem summam pecuniæ decem mille talentorum, quam dixit Haman se pensurum in manus eorum, qui electi fuerunt, ut gazophulacio regio præessent, ut Judæi perderentur.

8. Et exemplar scripti decretorij, quod datum fuit Susane ad vastandum eos dedit ei, ut ostenderet Estheræ, & indicaret ei, quid intenderet Haman impius contra populum Judaicum, & ut præciperet ei, ut regem adiret ad sedandum eum, & petendum misericordiam pro populo suo.

9. Venit igitur Chathac, & verba Mardochæi Estheræ indicavit.

10. Dixit autem Esthera Chathaco, ut Mardochæum adiret, eumq; alloqueretur, & præcepit ei de negotio Mardochæi, ut non excitaret lites cum Hamane, quia odium, quod Jacobo cum Esauo intercesserat, *adhuc* retinuerit.

11. Po-

[a] *Omittitur in Bib. magnis & par. Et in singulis. Ratio est, quia biblia parva solent initium text. Heb. in initio cujusq; distinctionis causa ponere. Unde factum ut cum bis scriptum esset* רנכל *sciolus aliquis aut scriptor, aut corrector posterius expunxerit, & in magnis utrumq;*

[b] *Bib. re parva rathu juxta Heb. sed chathac respondet ratione in seq;*

[c] *Chald.* שדויה. *misi. pro* שדוה *misit.* 6.

11. Posuit autem Esthera verba in ore Chathaci, & dixit ei, Sic dices Mardochæo, An-non Haman impius decrevit mandato Ahasueri, ut nemo ingrederetur ad regem in atrium interius sine licentia. Jam vero omnes servi regis, & populi qui habitant in provincijs regijs norunt, quod quicunq; vir aut fœmina introi erit ad regem in atrium interius, non vocatus ore Hamanis istius, hoc est decretum de eo judiciale, ut moriatur, excepto illo, cui rex extendet sceptrum aureum, ut vivat. Ego autem vocata non fui, ut ad regem introirem spatio hoc triginta dierum.

12. Cum autem vidit Chaman impius Chathacum, cujus nomen erat Daniel, [d] qui exijt & ingressus est ad Estheram, [e] incaluit ira ejus in illum, eumq; interfecit. Parati autem illic fuere Michael, & Gabriel Angeli, qui Mardochæo indicavere verba Estheræ.

[d] *Vel exiens ingressus est ad Estherum (Haman sc:) & incaluit : ut in bib. ven. par.*
[e] *Chald. fortis fuit.*

13. Et dixit Mardochæus Michaeli & Gabrieli, ut responderent Estheræ : Sic dicetis ei, Noli cogitare in anima tua te abituram ut libereris, in domum regis, præ omnibus Judæis.

14. Quia si silendo sileas hoc tempore, neq; pro Judæis intercedas, respiratio, & liberati Judæis ex alio loco surget propter justitiam patrum mundi, & Dominis mundi liberabit illos e manu hostium capitalium : tu autem, & genus paternum tuum propter hoc peccatum peribitis. Et quis est ille sapiens qui novit, an in annum eum, qui jam venit, tu ad regnum possidendum pervenisti.

15. Tum dixit Esthera Michaeli, & Gabrieli, ut responderent Mardochæo.

16. Vade, & congrega omnes Judæos, qui inventi sunt Susane, & [f] pro me jejunate : neq; edite, neq; bibite per tres dies, & coram Domino mundi die noctеq; orate. Ego etiam & ancillæ meæ similiter jejunabimus & postea ad regem introibo, quod non est [g] juxta judicium. Et sicut perij e domo mulierum, & a te per violentiam abducta fui, sic peribo e vita mundi hujus

[f] עמי *mecum sed non rectè in Bib. Reg.*
[g] Bib. *Ven. par.* בוינא *pro* בדינא

hujus propter liberationem populi Israelitici.

17. Et dolore & ira affectus fuit Mardochæus, & omisit gaudium festi Paschalis, & jejunium instituit, & in cinere sedit, & fecit *juxta* omnia, quæ præceperat illi Esthera.

Cap. V.

1. Fuit autem tertio die Paschatis, ut indueret Esthera vestes regias, & mansit super eam Spiritus sanctus, & stetit, & oravit in atrio interiori domus regiæ, quod ædificatum fuit e regione domus regis, qui est Hierosolymis. Rex autem sedebat super solium suum regium in domo regni, & intuitus est ex adverso portæ ædium. Respondit Esthera, & sic dixit, Domine mundi ne tradito me in manum incircumcisi hujus, Neq; fac *juxta* voluntatem Hamanis impij de me, sicut fecit de Vashti, cum procuravit edictum a rege, & jussit ut illa interficeretur, quia voluit *Regem* accipere filiam ejus. Et cum congregatæ fuerunt virgines sub potestate Hegæ, fuit ibi filia Hamanis. Et [h] decretum fuit in cælo ut quotidie [i] conspurcaretur stercore matulæ, & aqua pedum: Os etiam ejus valde fœtidum fuit ita ut illum festinanter ejecerint, & inde occasionem dedit ob hanc rem, ut [k] ei restitueretur. Nunc vero [l] procurato mihi misericordiam in oculis ejus, ut non occidat me, ut faciat petitionem meam, & desiderium meum quod ego ab eo peto. Tu pro misericordijs tuis multis parce populo tuo, neq; trade filios Jacobi in manus Hamanis filij Hamedathæ, filij Adæ, filij Biznæ, filij Aphlici, filij Josi, filij Peri, filij Hamdani, filij Talioni, filij Attenisomi, filij Charumi, filij Charsumi, filij Shegari, filij Negari, filij Parmastute, filij Vaizathæ, filij Agagi, filij Sumchari, filij Amalectri, filij Eliphazi, filij Esaui improbi.

2. Fuit autem cum vidit rex reginam stantem, acsi

D perturbata

[h] *Et complacitum fuit a cælo i. determinatū a Deo. Non recte autem scripsit Bux.* צביא *pro* צבי *debet enim esse* צבר *complacentia aut voluntas.*

[i] *Bux. junior in dict. Chald. Syr. legit, conspurcabat, sed nec praecedentia, nec sequentia hoc ferunt. Non enim dicimus placuit ut conspurcabat. Nec conspurcabat matulam aquis pedum. Judæi interpretantur de fluxu sanguinis, ut ibi notat Bux. junior.*

[k] *i. Patri Hamani. Vel ut author ab eo i. rege.*

[l] *Chald. pone me in misericordias in oculis ejus. i. regis.*

perturbata esset, in atrio, oculis ejus utrisq; lachrymis fluentibus, & ad cœlum aspicientem, statim gratiam reperit in oculis ejus, & extendit rex Estheræ sceptrum aureum, quod manu sua tenuit. Et appropinquavit Esthera, & manum attigit, & culmen scepti apprehendit.

3. Et dixit ei rex, Quid tibi opus est, regina Esthera, & quæ est petitio tua? Etiam si tu petieris dimidium regni mei, dabo tibi. Tantummodo ut ædificetur domus Sanctuarij, quod stat in termino medio regni mei; non dabo tibi *veniam*, quia sic confirmavi juramento Geshemo Arabi, & Sanbalato Choronæo, & [m] Tobiæ servo Ammonitæ ut non permitterem eam ædificari, quia metuo a Judæis, ne in me rebellent. Hanc petitionem non faciam [n] tua causa. *Quod ad* rem aliam *ullam attinet*, quam a me petieris, determinabo ut festinanter fiet, & desiderium tuum tibi dabitur.

4. Dixit autem Esthera, si regi placuerit, veniat rex cum Hamane hodie ad convivium, quod vobis præparavi.

5. Et dixit Rex, Festinanter adducite Hamanem, ut faciat quod decrevit Esthera, ita ingressus fuit rex cum Hamane ad convivium quod paraverat Esthera.

6. Tum dixit rex Estheræ in convivio vini, Quæ *est* petitio tua Esthera regina? Et quæ est postulatio tua? Etiam si petieris dimidium regni mei, fiet petitio tua, nisi *sit* ad ædificandum domum Sanctuarij, quæ stat in termino medio regni mei. *Hoc* non concedam tibi, quia sic jurejurando recepi Geshemo Arabi, & Sanbalato Horonæo, & Tobiæ servo Ammonitæ, ut non permitterem ædificare eam, ne forte rebellarent in me Judæi.

7. Respondit autem Esthera & dixit, Nolo petere dimidium regni in petitione mea, nec ædificationem Sanctuarij in postulatione mea.

8. Si misericordiam in oculis regis inveni, & si regi placuerit petitioni meæ locum dare, & *juxta* postulationem meam facere, veniat rex cum Hamane ad convivium, quod vesperi illis sum paratura, & cras faciam juxta sermonem regis decretorium.

[m] *Bib. Bux.* וטוביה *& bonitati* יטוביה *Et Tobiæ.*

[n] *Chald. tibi.*

9.

9. Exijt autem Haman e præsentia regis eo die *lætus* & exultans corde *suo*. At cum vidit Haman Mardochæum, & parvulos, qui legis studijs se exercebant in Synedrio, quod illis paraverat Esthera in porta regis, & Mardochæum non surgentem coram imagine *ejus* neq; trementem coram eo, sed pedem suum dexterum extendentem, & ei ostendentem instrumentum emptionis, quo venditus ei fuerat od frustum panis, quod scriptum fuit in lamina ænea e regione currus *ejus*, statim exarsit furor illius, & excandescentia in Mardochæum plenus fuit.

10. Et festinavit Haman, & ad domum suam abijt, misitq; & convocavit amicos suos, & Zeresham impiam uxorem *ejus* filiam Tatni ducis trans fluvium.

11. Et recensuit *ijs* Haman honorem divitiarum suarum, & quomodo numeratus fuit cum ducibus regis, & quomodo cucurrere coram eo multitudo filiorum suorum; quorum numerus *fuit* ducenti & octoginta præter decem alios, qui *fuere* principes provinciarum, & præter Shamshæum scribam regium. Et quo pacto cum magnificaverit rex, & quod erexerit illum supra magnates omnes & servos regis.

12. Et dixit Haman, Omnino non permisit Esthera regina cum rege introiere ad festum quod celebravit, præter me *ullum*: insuper invitatus sum ab ea ut cras cum rege comedam.

13. Neq; hæc omnia honori mihi duco quocunq; tempore [o] video Mardochæum Judæum sedentem in Synedrio cum puerulis in porta palatij regij.

14. Et dixit ei Zerefha uxor ejus, & omnes amici ejus, si tibi placuerit, rem quandam coram te loquamur, quid Mardochæo Judæo faciemus. Si unus sit e justis qui creati sunt in mundo, si gladio eum occidamus jam [p] redibit gladius & proijcietur in nos. [q] Tradamus in [r] dilapidationem. Jamiam dilapidavit David Goliam Philisthæum. Et si in lebetem æneum proijciamus eum, jam rupit illum Manasses, & ex illo exijt.

[o] ית חזי *pro* חזי ית *in Bib. Ven. par. vid. Bib. Bux.*

[p] *Bib. Buxt. redijt.*

[q] *Bib. ven. par Trade ut in multis alijs postea.*

[r] Bib *Ven. par. dilapidationem nostram.*

Pro-

Proijciamus eum in mare magnum. Prius diffidere illud filij Israelis, & in medio illius transivere. Abscondamus eum in medio fornacis ardentis. Antehac [s] extinxerunt eam Hananiah, Michael, & Azariah, & inde exiverunt. [t] Proijciamus illum in foveam leonum. Danielem antea leones non perdidere. Cum vivum eum canibus proijciamus, O antea occlusum fuit os canum in terra Ægypti ob filios Israelis. In desertum [u] deportemus eum. Olim in deserto aucti fuere & crevere. Qua cæde præterea interficiemus eum, aut quæ mors ei infligetur? Proijciamus illum in [x] carcerem. Prius e carcire *eductum* regnare fecerunt Josephum. Gladius collo ejus apponatur. Antehac conversus fuit gladius ab Isaaco. Oculos ejus cæcos faciamus, eumq; dimittamus. Olim stragem inter nos faciet sicut fecit Samson. Vindictam in virum hunc quam exercebimus, nescimus. Veruntamen crucem magnam ei paremus, & ad portam domus suæ fundatur sanguis illius, statura ejus cruci imponatur, ut videant illum omnes Judæi, & omnes socij & amici ejus. Cælum & terra pariter audiant de cruce, quam Mardochæo paravit Haman. Mea mane, & ingredere ad regem, & pete ab eo [y] de cruce ista. [z] Tempore illo non exuit vestes suas, neq; dormivit Haman filius Hamedathæ, dum abiverat & adduxerat opifices fabros *sc*: opifices qui faciunt cruces, & cultellorum opifices, qui cultros ferreos parant. Filij autem Hamanis exultabant & lætabantur, & Zeresha uxor illius citharam coram Hamane impio pulsabat. Qui dixit præmium artificibus dabo, & fabris convivium parabo propter crucem istam. Ea hora qua surrexit Haman improbus ad attollendam crucem in altitudine illius, exijt [a] vox e cælis supernis & dixit ei, Pulchra tibi est *crux ista* Haman impie, & tibi placet fili Hamedathæ. Sic placuit res Hamani, & ea occasione fecit crucem sibi quod fuit eo die, quo invitavit Esthera Hamanem ad conviviam. Tristes fuere Israelitæ, & dixerunt alter alteri. Expectavimus hoc quo-

[s] *Bib. ven par.* רעקרוי *pro* רעכוהי. *Vid. Bib. Bux.*

[t] *Proijciatur. Bib. ven. par. ut & postea.*

[u] *Bib. ven. par.* רצסתממו נבר *sine sensu.*

[x] *Bib. ven. par.* יפלו *corrupte.*

[y] *Chald. domum vinctorum.*

[z] *Suspicor omissa esse, ut suspendant eum super, &c. Similia enim sunt verba* צליבא ריצלבון צל *ut crucifigant super crucem. Et facile est scriptori similitudine decepto unum omittere. Ita respondit Targ. 2.*

[a] *Chald. Hora illa.*

quotidie, ut peteret Esthera a rege ut occideret [b] illum, at illa eum ad convivium invitavit. Hora illa effundebant domus tota Jacobi corda eorum, & confidebant in patre eorum cælesti, & sic dicebant coram illo, Responde nobis, responde: omnes hostes *sunt*, [c] Sicut pendent oculi servorum a dominis suis, & sicut oculi ancillæ a domina sua, sic oculi nostri a te pendent, dum te reveles, & educas nos. Ecce enim hostis & hostis capitalis blasphemat. Et dixit, qui sunt hi? Judæi? Ideoq; auscultavit voci orationis eorum, & petitionem eorum ea nocte concessit, quia quotiescunq; liberavit illos ab hostibus eorum capitalibus nocte redemit illos, a Pharaone, & a Sancheribo, ab omnibus qui in illos insurrexere.

[b] *Hamanem sc:*

[c] Psal. 123.2.

CAP. VI.

1. EA ipsa nocte fugit somnus a rege. Ea ipsa nocte exijt liberatio Judæorum. Ea ipsa nocte ducta fuit Sarah [d] in domum Abimelechi. Ea ipsa nocte occisi fuere omnes primogeniti Ægyptiorum. Ea ipsa nocte revellatæ sunt prophetiæ prophetis, & somnia, visiones in somnijs videntibus. Ea ipsa nocte [e] commotus fuit mundus totus provinciæ, & omnes habitatores earum. In omnibus castellis *fuit* luctus magnus, lamentatio & fletus in omnibus provincijs. Juvenes saccis [f] vestiti fuere, senes, viri fœminæq; corda sua percussere, omnes amare clamabant & voce magna flebant dicentes, væ *nobis* quia videmus malum super malum & confractionem post confractionem, neq; *tamen* a confractione nostra priore sanati sumus, neq; [g] a plaga nostra datur sanatio, neq; ab ægritudine nostra consolationem accepimus neq; dolores cordis nostri præteriere a nobis, quia civitas patrum nostrorum super terram deserta jacet, ut & Sanctuarium nostrum occlusit hostis, & atria nostra hostes nostri capitales conculcavere. Pharaoh autem

[d] *Suspicor esse* ל *pro* מ *e domo. Non enim fuit libera dum ducte fuit in domum ejus.*

[e] *Hunc locum correxit Bux. Jun. in lex. Chald. Syr. in voce* ברש *Scribi debet* אתרגש *commotus fuit pro* אתגרש *expulsus fuit. Et sensus loci conjecturam ejus approbat.*

[f] *Chald. ligati.*

[g] *Suspicor* מ *a omissũ esse ante* מרובא *quia eadem litera sequitur, & quia est in alijs membris sententia.*

autem & Ægyptij consilium hujusmodi in nos non consuluere, neq; reges gentium cogitationem hujusmodi in nos excogitavere, ut parati essent diebus his, ut nos e facie e terræ perderent. Arcanorum revelator secretum hoc Mardochæo revelavit, quod decretum mortis decretum fuit contra Israelitas, neq; nos pro servis aut ancillis vendidere. Ea nocte fugit somnus a Sancto benedicto Deo qui supra est. Et nisi scripta fuisset hæc scriptura, non erat possibile dicere quod scriptum est [h] Surge quare dormis Domine. [i] Absit. [k] Non solet ille dormire. Sed cum peccant Israelitæ seipsum gerit ut dormiens *solet*. Verum cum voluntatem ejus faciant, [l] non dormit, neq; in somno est custos Israelis. Ea ipsa nocte aufugit somnus Mardochæi justi, qui [m] vigilavit, & non concubuit. At si concubuisset, non dormivisset, quia congregati fuere Israelitæ, & sedebant coram eo, & dicebant ei, Tu causa es nobis totius mali hujus. Si enim tu surrexisses coram Hamane impio, & te incurvavisses, eumq; veneratus esses, non venisset super nos omnis hæc angustia. Respondit Mardochæus & dixit illis, Super vestem, qua indutus fuit Haman impius, imagines duæ figuratæ fuere, una e parte anteriore, altera e posteriore. Si igitur surrexissem eumq; veneratus essem, cultor idolorum [n] effectus essem. Vos autem nostis omnem idolorum cultorem periturum e mundo isto, & e mundo futuro expellendum esse. Sic omnes ab eo *urgendo* quiescebant. Ea nocte aufugit somnus Hamanis impij, qui vigilavit, non enim accubuit; et si accubuisset, dormire non potuisset [o] propterea quod paraverat crucem, ut suspenderit Mardochæum super eam, non autem scivit quod sibi eam paraverat. Ea ipsa nocte aufugit somnus Estheræ Justæ, quæ panem paravit, ut introduceret Hamanem ad convivandum cum rege Ahasuero. Ea ipsa nocte aufugit somnus regis Ahasueri stulti, qui vigilavit, non autem accubuit. Et si accubuisset dormire non potuisset, quia afflixit eum spiritus [p] afflictionis regum, eumq; tota nocte percussit.

Respon-

[h] Psal. 44.23.

[i] *Chald. Par. & pax. i. absit sic solent loqui cum infanstum aliquid aliquid amoliuntur.*

[k] *Chald. Non est somnus corā eo.*

[l] Psal. 121.4

[m] *Bib. ven. par.* שחיר *pro* שהיר *vid. Bib. Bux ut & postea.*

[n] *Chald. inventus essem. Bib. ven par.* אשתנחית *pro* אשכחית *vid. Bib. Bux.*

[o] *Chald.* מהימת *pro* מחמת

[p] *Vel qui affligit reges. Angelum aliquem aut dæmonem intelligunt.*

Respondit, & sic dixit omnibus magnatibus ejus, Quod comedi, non prodest mihi, & quod bibi, non est [q] mihi acceptabile. Cœli murmurant contra me, & cœli cœlorum exaltant vocem suam, hoc modo. Debita provincijs remissurum *me* dixi: at non remisi. Aut Esthera & Haman occidere me parati sunt, quia Estheram ad convivandum mecum non introduxi, sed Hamanem solum. Ea ipsa nocte venit memoria Abrahami, Isaaci, & Jacobi coram patre eorum cælesti, ita ut missus fuerit ex alto Angelus, Michael sc: dux exercituum Israelis, & regis capiti insedit, & somnum ab eo [r] amovit tota nocte, dum jussit afferre coram se librum rerum memorabilium [s] in chronicis extantium. Et legebant in eo coram rege servi [t] juris eorum regis antiqui, qui coram eo fuere; & [u] sedit superne præ oculis regis, rex autem aspiciens vidit similitudinem viri respondentis & dicentis ei, regi sc: Haman contendit te interficere, & loco tuo regnare. Ecce autem [x] præveniens mane petet a te virum qui te a morte liberavit, eumq; interficiendi veniam rogabit. Sed dicito Hamani, Quid faciendum est viro, cujus in honore rex delectatur? Et videbis eum [y] non minus a te petiturum, quam vestes regias, & coronam regiam, & equum super quem rex [z] equitat.

2. Erat autem repertum in libro, quod Mardochæus indicaverat de Bigthane & Teresho duobus principibus regijs, qui palatij custodes *fuere* quod *occasionem* quærebant manus extendendi ad occidendum regem [a] Ahasuerum in dormitorio suo.

3. Et dixit rex, Quis honor aut magnificentia data fuit Mardochæo ea causa? Tum dixerunt adolescentes regis *ei* ministrantes, Adhuc nihil omnino ei [b] datum fuit.

4. Et dixit rex, Quis est vir ille, qui stat in atrijs? Haman autem ingressus fuerit in atria, quæ sunt in domo regis exteriora, ut [c] peteret a rege, ut Mardochæus suspenderetur super crucem, quam ei paraverat.

5. Dix-

[q] *Vel a me receptum. i. retentum.*

[r] Bib. *Ven. par.* נרי *pro* נרן *vid. Bib. Bux.*

[s] *Chald. verborum dierum. Quo titulo citant Judæi libros Chronicorum.*

[t] *i. Soliti legere.*

[u] *sc: Michael de quo suprà.*

[x] *Vel surgens.*

[y] *Non petiturum a te misi. Chald.*

[z] Bib *ven. par.* דכיב *pro* וכיב *Vid. Bib Bux.*

[a] ר. *Hic videtur redundare.*

[b] *Chald. factum cum eo.*

[c] *Chald. ut alloqueretur regem.*

5. Dixerunt autem ei iuvenes regis, Ecce Haman stat in arijs, & dixit rex, ingrediatur.

6. Et ingressus est Haman, & dixit ei rex, Quid *tibi* videtur fieri *debere* viro, cujus in honore rex delectatur? Cogitavit autem Haman in corde suo & dixit, Cui plus quam mihi vult rex honorem dare?

7. Dixit igitur Haman regi, vir, cujus honore rex delectatur.

8. Faciat rex decretum, *ut* afferant vestimentum purpureum, quo rex vestitur in die quo regnum suum ingreditur, & equum super quem equitat rex, quo die regimen suum inchoat, & ut diadema regium capiti ejus imponatur.

9. Detur autem vestimentum purpureum & equus in manus viri [d] insignis e magnatibus regis & antesignanis, & vestiant præfecti regij virum cujus honore rex delectatur, eumq; equitare faciant super equum in platea urbis, & celebriter coram eo dicant, Sic fiet viro cujus in honore rex delectatur.

[d] *Chald. magni.*

10. Dixit igitur rex Hamani, Festina accipe vestem purpuream & equum, sicut dixisti, & ita facito Mardochæo Judæo. Dixit ei Haman, Cui Mardochæo? Respondit illi rex, Mardochæo Judæo. Dixit ei Haman, Mardochai Judæi multi sunt Susane. Respondit illi rex, Ei cui Synedrium paravit Esthera in porta palatij regij. Dixit illi Haman, Peto a te, occide me, noli autem de me juxta hanc rem decernere. Dixit ei rex Festina, neq; quicquam diminuas ex omnibus quæ dixisti.

11. Et accepit Haman vestem purpuream, & equum & Mardochæum vestivit, & per platæam urbis eum equitare fecit, & coram eo solemniter clamavit, Ita fiet viro, cujus honore rex delectatur.

12. Reversus autem fuit Mardochæus in Synedrium, quod fuit in porta palatij regij, & exuit se veste purpurea, & saccum induit, & in cinere sedit, confitebatur autem & orabat usq; ad vesperam, Haman autem per-

perturbatus fuit, & domum suam abijt lugens [e] propter filiam suam, & capite tectus, ut lugens propter filiam suam, & ignominiam propriam.

13. Et recensuit Haman Zereshæ uxori suæ, & omnibus amicis suis, omnia quæ illi acciderant. Tunc dixerunt illi sapientes ejus, & Zeresha uxor illius, Si Mardochæus *sit* e semine justorum, coram quo cadere cœpisti, sicut cecidere reges coram Abrahamo in valle [f] campestri, Abimelechus coram Isaaco, Jacobus angelum superavit, & per Mosen & Aharonem submersi fuere Pharaoh & omnes exercitus ejus in mari algoso, omnes etiam reges, & potestates, qui eos læsere, in manus eorum inclusit Deus, neq; potes tu ijs nocere, sed coram illo penitus cades.

e *sc: quod rejecta fuit a rege, cum Esthera recepta fuit vid. Cap. 5. v. 1.*

f *alludit paraphrasis ad nomen vallis* השדים Gen. 14. 3. *est autem* שדה *ager.*

Cap. VII.

1. Illis adhuc etiam loquentibus cum eo, venerunt proceres regij, & festinaverunt, ut adducerunt Hamanem ad convivium, quod Esthera paraverat.

2. Venit autem rex & Haman ad convivandum cum Esthera regina.

3. Tum dixit rex Estheræ etiam die secundo in convivio vini, Quæ est postulatio tua Esthera regina ut detur tibi? Et quæ est peticio tua? Si ad dimidium regni, tibi dabo. Tantum ædificandi Sanctuarij, quod stat in termino medio regni mei, non dabo tibi *copiam*. Sic enim juramento confirmavi Gostiemo, & Tobiæ, & Sanballato. Verum expectato dum [g] crescat Darius benedictus, & regnum possideat, & fiet.

g *Vel, exaltetur.*

4. Et extulit Esthera oculos suos cœlum versus, & respondit Esthera regina & dixit, Si gratiam coram te inveni rex alte, & si regi *terræ totius* placeat, detur mibi liberatio vitæ e manibus osoris ad postulationem meam & liberatio populi mei e manibus hostis capitalis ad petitionem meam.

5. Nam gratis venditi sumus, ego & populus meus domus Israelis, ut consumamur, interficiamur, & perdamur. Sin in servos & ancillas *tantum* venditi essemus silerem. Sed non [h] esset [i] oppressori [k] pretium aut [l] lucrum in [m] damno regis.

6. Et dixit rex Ahasuerus, dixit inquam, Estheræ reginæ, Quis est igitur, aut in quo loco est vir impudens & peccator, & rebellis qui consilium innuit in corde suo ita faciendi?

7. Quæ dixit, vir opprimens & hostis capitalis, qui intendit te vesperi in dormitorio tuo interficere, & hodie conatus est induere stolam regiam, & super equum tuum equitare, & demittere catenam auream super caput suum, & in te rebellere, regnumq; tuum eripere: sed [n] irruit verbum e cælo, & facta est gloria illa Mardochæi patris mei fratri filio Jairi, filij Shimguij, filij Shemidæ, filij Bagnanæ, filij Elæ, filij Michæ, filij Mephiboshethi, filij Jehonathis Saulis regis, filij Chishri, filij Abielis, filij Iseroris, filij Bechorathi, filij Aphiæ, filij Shecharimi, filij Uzzæ, filij Sasonis, filij Michaelis, filij Elielis, filij Ammihudi, filij Shephatiæ, filij Penuelis, filij Pithaci, filij Melochi, filij Jerubagnalis, filij Jeruchami, filij Chanamiæ, filij Zebdij, filij Elpagnelis, filij Shimrij, filij Zebadiæ, filij Remushi, filij Chashumi, filij Shecoræ, filij Uzzæ, filij Guzæ, filij Geræ, filij Beniaminis, filij Jacobi, filij Isaaci, filij Abrahami, vir opprimens, & hostis capitalis Haman pravus iste quæ fivit, ut suspenderetur ille. Et turbatus fuit Haman coram rege, & regina.

8. Rex autem levavit oculos suos, & aspexit, & ecce decem Angeli similes decem filijs Hamanis excindentes arbores, quæ fuere in horto interiore: surrexit [o] igitur in furore suo a convivio vini, & abijt in hortum interiorem, ut videret, quid rei esset. Haman interea stetit, ut peteret misericordiam respectu vitæ suæ ab Esthera regina. Vidit enim mali causam in eum a regina repertam fuisse.

[h] *Esset* i. *esse deberet.*

[i] *Forte deest* ל. *signum dativi.*

[k] *Vel, honor.*

[l] *Bib. reg. cunctatio. Male.*

[m] *Bib. Ven. par.* בלוונקא *pro* באנויקא *Vid.* Bib. Bux. *& text. Heb.*

[n] *Vel. occasionem dedit verbum e cœlo, ut fieret gloria illa etc.*

[o] *Bib. Buxt.* בחין *pro* כמין. *Vid. Bib. Ven. par.*

9. Rex

9. Rex autem reverſus eſt in furore ſuo ex horto interiore in domum convivij vini & ecce Gabriel angelus impulerat Hamanem impium, & vidit rex Hamanem incumbentem ſuper lectum Eſtheræ juxta eam. Et obſtupuit rex & dixit, Ecce profecto revera non venit Haman, niſi ut cum regina concumberet, dum ego in domo maneam. Jam omnes populi, gentes, & linguæ [p] judicaverint, quid de eo faciendum ſit. Verbum ex ore regis exiverat, & faciem Hamanis ſubito obtexere.

10. Tum dixit Charbonah unus e magnatibus [b] regis, En certe crux quam paravit Haman ad ſuſpendendum Mardochæum, qui bonum regis cauſa dixerat, & [r] cujus manibus rex a cede liberatus fuit, & ecce crux ſtat in ædibus Hamanis. Jam ſi regi placeat, amoveatur lignum hoc e domo ejus, & ſuſpenſus ſuper eam [s] affigatur. Altitudo ejus eſt quinquaginta cubitorum. Et dixit rex, Abite ſuſpendite eum ſuper eam.

11. Et ſuſpenderunt Hamanem ſuper patibulum, quod Mardochæo paraverat. Et furor regis quievit.

[p] *Bib. Ven. par. corrupte* דאינו *pro* דבר *Vid. Bib. Bux. forte uterque; codex errat Senſus enim requirit, ut ſit* דונו *judicate. Sequitur enim reſponſio ſervorum regis.*

[q] *Chald. corā rege.*

[r] *i. per quem.*

[s] *Haman ſc:*

Cap. VIII.

1. IN illo die tradidit rex Ahaſuerus Eſtheræ reginæ domum Hamanis hoſtis Judæorum, & homines domus ejus, & omnes theſauros illius, & omnes divitias ejus, & Mardochæus venit coram rege, dixerat enim ei Eſthera, quid is ſibi *eſſet*.

2. Et amovit rex annulum obſignatorium, quem ab Hamane [t] abſtulerat, & Mardochæo eum dedit. Et conſtituit Eſthera Mardochæum principem, & gubernatorem ſuper familiam Hamanis.

3. Addidit autem Eſthera, & coram rege locuta fuit, & coram pedibus ejus cecidit, & flens petijt ab eo ut annihilaret improbitatem Hamanis, qui *erat* de proſapia Agagi, & cogitationem ejus, quam contra Judæos excogitaverat.

[t] *Chald. tranſire fecerat.*

 4. Et

4. Et extendit rex Estheræ sceptrum aureum, & erex-
it se Esthera & stetit coram rege.
5. u Et dixit si coram rege bonum videatur, & si
misericordiam coram eo repererim, & res recta sit co-
ram rege, & ego bona sim coram eo & in oculis ejus;
præcipiat rex, ut fiat decretum scribendo ut revocatæ
x sint epistolæ machinationis Hamanis filij Hamedathæ
de prosapia Agagi, y quas scripsit ad perdendum om-
nes Judæos, qui sunt in omnibus provincijs regis.
6. Quomodo enim possim ferre, & aspicere malum
quod z judicatum est in populum meum, aut quo-
modo possim consistere, & videre tempus quo perdatur
familia a cognationis meæ.
7. Tum dixit rex Ahasuerus Estheræ reginæ & Mar-
dochæo Judæis, En domum Hamanis dedi Estheræ,
eumq; super patibulum suspendere, quia manus suas
in Judæos extenderat.
8. Vos igitur festinate, scribite pro Judæis, quod
vobis placuerit in nomine b verbi regij, & annulo re-
gis obsignatorio obsignate, quia epistola quæ scribitur
in nomine verbi regij, & sigillo ejus obsignatorio obsig-
natur, non vacua redibit.
9. Et vocati fuere scribæ regij eo tempore in mense
tertio, qui *fuit* mensis Maij, die vigesimo tertio illius,
& scriptum fuit juxta omnia quæ præcepit Mardochæ-
us ad Judeos, & ad capitaneos, & præsides, & magnates
qui constituti fuere c gubernatores super provincias
ab India magna usq; ad Æthiopiam ad centum viginti
& septem provincia *ad* quamq; provinciam juxta exa-
rationem scriptionis suæ, & ad populum quemq; juxta
sermonem linguæ suæ, & ad Judæos juxta delineatio-
nem scripturæ suæ, & juxta sermonem linguæ suæ.
10. Scriptum autem fuit in nomine d regis Ahasu-
eri, & obsignatum annulo regis obsignatorio, & e mi-
sit epistolas manibus cursorum *super* equos f equitan-
tium, & insidentium mulis celeribus, g nudis & equis
quibus excisi fuerunt splenes, & h abscindebantur
particulæ plantæ pedis ipsorum.

11. Quod

u *In Bib. Ven. Par. in distinctionem est* ריאמר *pro* רתאמר

x *Bib. Ven. Par.* למחוי *pro* למהוי *Vid. Bib. Bux.*

y *Vel, qui.*

z *Forte est* הונרן *pro perder.* תובדן *sequitur n.* יובדון *in eodem.*

a *Chald. generationis meæ.*

b *i. regis.*

c Bib. *Ven. par.* אראונין *pro* ארכונין

d *Chald. verbi regis.*

e *Mardochæus sc:*

f *Chald. currentiam.*

g *i. sine phaleris.*

h *Recte Buxt. Jun. in L. ex. Chald. Syr. in voce* קרר *correxit hunc locum.* אתקררן *pro* אתקצרן

11. [i] Quod dederit rex *potestatem* Judæis ut juvarent *se invisem* qui sunt in unaquaq; urbe, ut congregentur & [k] animas suas erigant ad conficiendum, occidendum & perdendum omnes exercitus populi, aut provinciæ, qui eos opprimerent *cum* infantibus & fœminis, & spolia eorum auferenda.

12. Uno die in omnibus provincijs regis Ahasueri, die decimo tertio mensis duo-decimi. Is erat mensis Februarij.

13. Exemplar scripti *erat* ut ederetur decretum judiciale in singulis provincijs manifestum omnibus populis, ut parati essent Judæi die illo, ut se ab hostibus suis capitalibus vindicarent.

14. Cursores qui equitabant super mulo celeri nudi exiere festinanter impulsi verbo regio, & decretum judiciale datum fuit in Susane palatio.

15. Mardochæus autem exivit [l] e præsentia regis vestimento regio *ornatus*, cum gaudio plenum, & lætum fuit cor ejus propter honorem multum, & propter [m] magnificientiam excellentem vestitus veste regia sericea carbasina, & hyacinthina, *cum* catena auri puri Ophiris. Eiq; infixæ erant margaritæ, & lapides pretiosi. Intra chlamydem vestitus fuit ornamento Berylli maris occidentalis. In medio illius vestimenti *fuit* tunica purpurea super quam figuratæ erant omnes volucres pennatæ & aves cœli. Et fuit pretium tunicæ quadringinta & viginti talenta auri. Et cingulum a lumbis ejus pendebat, cujus longitudini infixi erant lapides Berylli. Soccos Persicos pedibus suis imposuit, pendentes *periscelidibus* Macedonicis aureis, & ut fibulis [n] conjunctos smaragdo, & gladius Medus pendebat a lumbis illius dependens ex annulis catenæ aureæ. Et figurata super eum fuit urbs Hierosolymitana, & super manum gladij figurata fuit extremitas provinciæ. Galerus Medus a capite ejus pendebat, qui coloribus *varijs* formatus fuit, & eo superius facta fuit corona magna aurea Macedonica, & supra coronam tiaræ infixæ auro ut cogno-

scerent

[i] *Bib. Ven. Par.* דיהב *pro* ריהב *Vid. Bib. Bux.*

[k] *Vel, vitam suam tueantur.*

[l] *Chald. e coram rege.*

[m] *Bib. Ven. Par.* בירבר *pro* ברבו

[n] *Chald. obsignatis.*

scerent omnes populi gentes, & linguæ hunc esse Mardochæum Judæum, ut impleretur scriptura, [o] qua scribitur [p] Et videbunt omnes populi terræ nomen Domini super te vocatum esse. Et cum exijt Mardochæus e porta regis, plateæ myrtis stratæ fuere, & atria purpura: extensa fuit umbra funibus byssinis. Adolescentes habentes coronas in capitibus eorum descendebant & sacerdotes tenentes in manibus suis tubas, & proclamantes, & dicentes quicunq; non veniat ad prosperitatem Mardocæi & Judæorum *promovendam* [q] in frusta dividentur, & domus ejus sterquilinium fiet. Et decem filij Hamanis frangebant manus suas, & ivere, & dixere coram Mardochæo justo. Dixerunt inquam, ille qui dat præmium Judæis, etiam mercedes eorum impijs retribuit super capita sua: huc enim Hamanem pater noster stolidum, qui in opibus suis & honore confidentiam collocavit, fregit Mardochæus mitis jejunio suo & oratione. Esthera autem justa per fenestram prospexit, quia licitum non fuit reginæ ambulare in platæis cum hominibus. Convertit Mardochæus oculos suos, eamq; vidit, & dixit ei, [r] Benedictus *sit* dominus, qui non dedit me *in* prædam dentibus illorum. Respondit Esthera & dixit ei, [f] Auxilium meum *est* a Domino, qui fecit cœlum & terram. Homines multi læti fuere ob ruinam Hamanis impij, & gratias agebant, & *Deum* laudabant ob liberationem & honorem Judæorum ut & ob liberationem & honorem, qui Mardochæo obtigerat justo in illo tempore, sic enim scribitur, Et Mardochæus justus exijt e præsentia regis in vestimento regio hyacinthino & byssino, & corona [t] aurea magna cum byssino purpuro pallio. Et tota urbs Susanis jubilabat, & exultabat.

16. Judæis licentia data fuit exercendi se in lege, & sabbata & festa observandi, & præputiam filiorum suorum abscindendi, & [u] Tephiullin manibus suis & capitibus imponendi.

17. Et in unaquaq; provincia, & singulis urbibus, *in* loco

[o] *Vel, qua scribitur de eo.*
[p] Deut. 28. 10.
[q] *Chald. frusta fient.*
[r] Psal. 124.6.
[f] Psal. 122.2.
[t] *Bib. Bux.* דדהבא *pro* דדהבא *corrupte.*
[u] *i. oratoria seu ornamenta in precibus usitata.*

loco ubi pervenit verbum regis, & decretum [x] ejus judiciale gaudium & exultatio cordis *fuit* Judæis, & festa, & dies [y] conviviorum, & multi e populo terræ proselyti facti fuere, quia metus Judæorum super illos cecidit.

[x] *Chald. judicij ejus.*

[y] *Chald. boni.*

Cap. IX.

1. ET in mense duodecimo (is est mensis Februarij) die illius decimo tertio, cum venit *tempus* verbum regis, & decretum ejus judiciale efficiendi, quo [z] tempore cogitavere hostes Judæorum capitales ut in eos dominarentur, at contrarium e cælo evenit ob justitiam patrum suorum, *sc:* ut dominarentur Judæi ipsi in osores suos.

[z] *Chald. die.*

2. Congregati fuere Judæi in urbibus suis in omnibus provincijs regis Ahasueri, ut manus *suas* extenderent in omnes, qui [a] malum eorum quærerent, nemo autem contra eos stetit, quia metus eorum super omnes populos ceciderat.

[a] *i. malum in eos intenderet.*

3. Et omnes magnates provinciarum, & capitanei, & presides, & qui opus regis faciebant, Judæos [b] illis præficiebant, quia metus Mardochæi super eos ceciderat.

[b] *Bib. reg. sibi. Quod non est verisimile.*

4. Erat enim Mardochæus gubernator, & dominus, & princeps in domo regis, & fama ejus in omnes provincias exijt. *Erat* enim vir Mardochæus dominus domus, pater regis, [c] & ivit & crevit.

[c] *Magis & magis honoratus fuit.*

5. Et percusserunt Judæi ex omnibus inimicis eorum percussione mortis, gladio, & occisione per clavas fustes, & vitæ destructione, & fecerunt de inimicis suis prout voluerunt.

6. Et in Susane palatio interfecere Judæi & perdidere quingentos viros omnes principes e [d] domo Amalechi.

[d] *Familia.*

7. Et Parshandatham, & Dalphonem, & Aspatham.

8. Et

8. Et Poratham, & Adaliam, & Adiratham.

9. Et Parmashtam, & Arisæum, & Aridæum, & Vaizatham.

10. Decem filios Hamanis filij Hamedathæ hostis Judæorum interfecerunt, at in prædam manus suas non extendebant.

11. In illo die venit numerus occisorum in Susane palatio coram rege.

12. Et dixit rex Estheræ reginæ, In Susane palatio occidere Judæi, & perdidere quingentos viros principes, qui fuere e semine Amalechi, & decem filios Hamanis. In reliquis provincijs regis quid fecere? Et quæ est petitio tua & dabitur tibi, & quæ est postulatio tua ulterius & fiet.

Interpretatio alia *hujus versus*.

Et dixit rex Estheræ reginæ in Susane palatio occidere Judæi, & consumpsere quingentos viros, & decem filios Hamanis in cæteris provincijs regis quid fecere? & quid est petitio tua ut detur tibi, & quæ est postulatio tua rursus, ut fiat?

13. Et dixit Esthera, si regi bonum videatur, detur potestas cras etiam Judæis, qui in Susane sunt faciendi diem festum, & lætum [c] cum conveniens sit *ita* facere ob diem miraculi & decem filios Hamanis super patibulum suspendant.

[c] *Chald.* חזי כר pro ברחזי *sicut dignum est.*

Interpretatio alia *hujus versus*.

Et dixit Esthera, si regi bonum visum fuerit, concedatur etiam cras Judæis qui sunt in Susane, ut faciant sicut decretum fuit hodie, & decem filios Hamanis super crucem suspendant.

14. Et edixit rex, ut ita fieret; & datum fuit decretum judiciale Susane, & decem filios Hamanis suspendebant. Et hic *erat* ordo eorum, quo suspensi fuere cum Hamane patre eorum super patibulum, quod paraverat Mardochæo, cujus altitudo *fuit* quinquaginta cubitorum. Tribus cubitis terræ infixum fuit, & quatuor cubitis cum dimidio remotus fuit, Parshandatha

a

a terra. Et Parshandatha per tres cubitos suspensus fuit, & a Dalphone remotus fuit dimidium cubiti. Dalphon per tres cubitos suspensus fuit, & remotus fuit ab Aspatha per dimidium cubiti. Aspatha suspensus fuit per tres cubitos, & fuit remotus a Poratha dimidium cubiti. Poratha suspensus fuit per tres cubitos, & remotus fuit ab Adalia dimidium cubiti. Adalia suspensus fuit per tres cubitos, & remotus fuit ab Aridatha dimidium cubiti. Aridatha suspensus fuit per tres cubitos, & remotus fuit a Parmashta dimidium cubiti. Parmashtia suspensus fuit per tres cubitos, & remotus fuit ab Arisæo dimidium cubiti. Arisæus suspensus fuit per tres cubitos, & remotus fuit ab Aridæo dimidium cubiti. Aridæus suspensus fuit per tres cubitos, & remotus fuit a Vaizatha dimidium cubiti. Vaizatha suspensus fuit per tres cubitos, & remotus fuit ab Hamane dimidium cubiti. Haman suspensus fuit per tres cubitos, ut ex eo non comederent volucres. Zeresha autem aufugerat cum septuaginta filijs qui relicti erant Hamani, qui [i] reversi erant ad [k] portas, & nutriti *ibi*. Shimsheus autem scriba gladio interfectus fuit. Ita centum & octoginta mortui sunt cum quingentis viris qui Susane occisi fuere, qui erant constituti super [l] vicos regios.

[i] *Vel, honorati erant in portis.*
[k] *Vel, janitores.*
[l] *Vel, plateas regias.*

15. Et congregati fuere Judæi, qui *erant* Susane, etiam decimo quarto die mensis Februarij, & interfecerunt Susane trecentos viros e familia Amalechi, at in prædam manus suas non extenderunt.

16. At cœteri Judæi, qui *erant* in provincijs regis, congregati fuere & vitam suam conservabant, & requiem ab inimicis suis obtinuere, & occiderunt ex inimicis eorum septuaginta quinq; millia e familia Amalechi, at in prædam manus suas non extendebant.

17. Die decimo tertio mensis Februarij fuit cædes in familia Amalechi, at requies fuit Israeli decimo quarto die illius *mensis*, ita ut eum diem festivalem & lætum facerent.

18. Et Judæi qui fuere in Susane palatio congregati fuere ad consumendum filios Amalechi die decimo tertio & decimo quarto illius mensis, & decimo quinto requievere, ut facerent diem illum diem festorum, & lætitiæ.

19. Idcirco Judæi pagani qui habitabant in urbibus ruralibus faciunt diem decimum quartum Februarij festivalem & lætum, & diem bonum, & dona quisq; socio sua mittunt.

20. Et scripsit Mardochæus res istas, & epistolas misit ad omnes Judæos, qui *erant* in omnibus provincijs regis Ahasueri tam propinquos quam remotos.

21. Ad constituendum decretum judiciale pro ijs ut observarent diem decimum quartum mensis Februarij, & diem decimum quintum in eo quovis anno.

22. Sicut tempus dierum, quibus quievere Judæi ab hostibus suis, & in mense, qui illis conversus fuit a mæstitia in gaudium, & a luctu in diem lætum ut facerent eos, dies convivij & lætitiæ, & ut mitterent dona quisq; socio suo, & nummos eleemosynæ *in* dona pauperum.

23. Et in se susceperunt omnes Judæi pariter, quod inceperant facere, & quod scripto pro ijs Mardochæus decreverat.

24. Quia Haman filius Hamdathæ, qui *fuit* e prosapia Agagi, hostis omnium Judæorum cogitans Judæos perdere Pyssam projecerat. i. sortem ad eos perturbandos & exterminandos.

25. Et quia cum ingrederetur Esthera coram rege, dixit ei rex, revertatur machinatio ejus mala, quam in Mardochæum & Judæos efficere cogitaverat in caput ejus, eumq; & filios illius super crucem suspendant.

26. Idcirco vocavere dies illos Purim propter sortes, ideoq; observant illud tempus [m] quotannis hoc modo, ut publicarent dies miraculorum, & ut res [n] voluminis hujus ab omni populo Israelitico exaudirentur, ut scirent illi quid viderint *prædecessores* quod dies hos

Purim

[m] *Chald. anno in anno.*

[n] *i. libri Esthera, semper enim sub voluminis nomine a Rabbinis citatur, & ita in bib. Hebraicis appellatur.*

Purim constituerint, quia factum fuit eorum causa miraculum Mardochæo & Estheræ, & liberationem quæ ijs evenit, cognoscerent.

27. Confirmarunt & receperunt Judæi [o] decretum super se, & filios suos, & peregrinos omnes, qui ijs adderentur, ut non transiret, statutum sc: ut [p] facerent duos illos dies [q] ad legendum volumen hoc juxta scripturam delineationis Hebraicæ in domo congregationis suæ in die undecimo, duodecimo, decimo tertio, decimo quarto, & decimo quinto in medio pagorum, & in cætibus provinciarum in urbibus juxta [r] tempora sua.

28. Et [s] debitores se fecerunt, ut dies hi illis essent memoriales, & ut singulis generationibus fierent in illis convivia [t] prosapia sacerdotum, & Levitarum, & totius domus Israeliticæ, qui in singulis provincijs habitabant, aut urbium singularum incolæ erant, & ut dies hi Purim non transirent a Judæis, neq; memoria eorum a filijs illorum excinderetur.

29. Et scripsit Esthera regina filia Abichaelis, & Mardochæus Judæus totum hoc volumen, & robur miraculi, ut confirmarent epistolas [u] Purim hujus, secunda vice.

30. Et misit literas ad omnes Judeos centum viginti septem provinciarum regni Ahasueri, verba pacis, & veritatis.

31. Ad confirmandum hos dies Purim in Februario *mense* [x] posteriore in tempore [y] sicut constituit de illis Mardochæus Judæis, & Esthera regina, & sicut de seipsus statuere Judæi, & de filijs suis, ut in memoria retinerentur res jejuniorum & orationum suarum.

32. Et verbo Estheræ confirmata fuere negotia [z] Purim horum, & manibus Mardochæi scriptum fuit volumen in libro.

[o] *Vel, fædus. vid. Bib. reg.*
[p] *i. observarent.*
[q] *Bib. ven. par. & ad legendum* Buxt. *recte expunxit, &*
[r] *Chald. juxta os temporum suorum.*
[s] *Bib. reg. judicati sunt vix bene*
[t] *Bib. reg. familiam incongrue.*
[u] *i. diei festi.*
[x] *Cui addebant horas.*
[y] *Bib. reg.* עזבביהון *operis eorum.*
[z] *dierum sc.*

Cap. X.

1. ET imposuit rex Ahasuerus tributum super terram, & [a] provincias maritimas.

2. Omnia autem opera roboris illius, & potentiæ ejus, & explicatio magnificentiæ Mardochæi, qua illum rex magnificavit, annon scripta sunt in libro [b] chronicorum regum Medorum & Persicorum.

3. Nam Mardochæus Judæus Capitaneus regis Ahasueri quæstor, & Senior Judæorum dominus fuit super omnes populos: & ab uno orbis termino usq; ad alterum [c] audita fuit fama ejus. Et omnes reges [d] ab eo metuebant. Et quando tremore affecti fuerunt propter eum, Mardochæus similis fuit stellæ lucenti, quæ splendet inter stellas & simulis lucifero, qui matutino tempore exit. Erat autem ille princeps Judæorum, & acceptus multitudini [e] fratrum suorum, & commodum [f] populi sui quæsivit, [g] & totam familiam suam pacifice allocutus est.

[h] Fortis esto.

Finis Targ. prioris in lib. Estheræ.

[a] *Bib. reg. Hyparchos.*

[b] *Chald verborum dierum.*

[c] *Chald. auditum fuit ei, & fama ejus fuit.*

[d] *Chald. a coram eo.*

[e] *Bib. reg fratrum suorum qui erat de tribu* Benjamin.

[f] *Bib. reg. populo suo, Domui Israelis.*

[g] *Et loquebatur pacem omni semini suo Domui Jacob.* Bib. Reg. *At affixum in* ורעיה *redundat juxta morem Chald.*

[h] *Hoc solent addere in fine librorum Judæi, ubi nos, Finis.*

Targum

Targum posterius in lib. Estheræ.

Cap. I.

1. T fuit in diebus Ahasueri. Ille Ahasuerus fuit unus e decem regibus qui regnabant & divites erant in mundo. Et hi sunt illi decem reges. Regnum primum *est* Regis Regum Domini exercituum, cujus regnum cito [a] magnificabitur. Secundum Nimrodis. Tertium Pharaonis regis Ægypti. Quartum Israelis. Quintum Nebucadnezzaris regis Babelis. Sextum Ahasueri. Septimum Græciæ. Octavum Romæ. Nonum filij Davidis Messiæ. Decimum Regis Regum Domini exercituum, cujus regnum [b] revelabitur cito omnibus incolis terræ. Cum venit *tempus* extirpandi regni Babylonici e terra, ut dominium [c] ejus ab eo auferrent, nesciverunt homines provinciæ quem regem sibi præficerent. Tum surrexit Evil-Merodachus filius ejus post eum. At non volebant homines provinciæ ejus eum sibi præficere, sed responderunt & dixerunt ei, Nebucadnezzar pater tuus non habitavit cum hominibus, quomodo igitur te regem nobis præficiemus? [d] Forte revertetur pater tuus Nebucadnezzar, & ad nos veniet, nosq. interficiet. Et cum audivisset Evil-Merodachus verba hæc quæ homines provinciæ ejus ei dixerant, respondit & dixit iis Nebucadnezzar pater meus mortuus est, & e mundo ejectus, quod hucusq; vos noluistis credere. Responderunt & dixerunt

ei,

[a] *Vel magnificetur.*

[b] *Vel reveletur.*

[c] *sc: Nebucadnezzaris cujus erat regnum quintum, ut prius dictum.*

[d] *Vel olim reversus fuit.*

el, Nebucadnezzar pater tuus terram universam, & reges omnes commovit, nam de eo perspicue dicit scriptura, [e] Hic est vir ille qui terram tremere fecit, & regna concussit. Quid fecit Evil-Merodachus? Ea hora ingressus est in domum thesaurorum regis, & inde eduxit catenas ferreas & æneas, & calcibus patris sui Nebucadnezzaris imposuit, & exivit, & extraxit eum e sepulchro ejus. Sic enim perspicue de eo dixit scriptura, [f] Et tu e sepulchro tuo projicieris, sicut surculus abominandus. Cum autem vidissent homines provinciæ fecisse Evil-Merodachum voluntatem patris ejus [g] cælestis, surrexere omnes cum gaudio magno, & Evil-Merodochum purpura [i] pretiosa & regali vestiverunt, & honorem amplum, & magnificentiam regalem *ei* tribuere. Respondit Daniel [g] vir desiderij, & dixit Evil-Merodacho, Ecce omnibus diebus Nebucadnezzaris patris tui non exivit vinctus e domo illius in perpetuum. Sic enim scriptura expresse dicit [h] Qui non aperuit domum captivorum suorum. Et cum [i] peccavere [k] plurimi Judæorum, fortificavit se, & ascendit contra eos Nebucadnezzar pater tuus, & vastavit terram Israelis, & [l] spoliavit urbem Hierosolymarum, & Sanctuarium igne combussit, & populum Israelis captivum abduxit, & Babelem deduxit, & cum illis Jehojachinum regem Judæa captivum abduxit, eumq; in carcere vinxit [x] triginta septem annis; propterea quod noluit facere de eo voluntatem patris cælestis, & quia Nebucadnezzar extulit se corde suo, & dixit, Non est rex aut princeps præter me, sic enim de eo expresse tradit scriptura, [m] Ascendam super excelsa nubium, similis ero altissimo. Ea hora intellexit Evil-Merodachus voluntatem patris sui cælestis, & in carcerem abijt, & inde eduxit Jehojachinum filium Jehojachimi regem tribus Judaicæ, & cum eo vincti omnes exiere. Quid *tum* fecit Evil-Merodachus? Illa hora in gazophylacium regis abijt, & inde unguenta pretiosa omnia eduxit, & omne genus aromatum, & lavit [n] eum, & unxit, & vestibus

[e] Isa. 14. 16.

[f] Isa. 14. 19.

[g] *Chald. qui est in cælis.*

[i] *Chald. bona.*

[g] *Alludit ad* Dan. 9. 23. *ubi dicitur in text. Heb. vir desideriorum.*

[h] Isa. 14. 17.

[i] *i. rei facti sunt, aut condemnati.*

[k] *Bib. Ven. Par.* סניהוז *osores, pro* סניהיז *plurimi. Ut e sensu patet.*

[l] *Bib. Ven. par.* ובוז *pro* ובזו

[x] *Vel, triginta septem annis prius: quia non posuit super eum benevolentiam pater cælestis ejus.*

[m] Isa. 14. 14.

[n] *sc: Jehojachinum.*

ftibus [o] regis illum vestivit. Et edit *Jehojachinus* panem quotidie coram eo per totam vitam illius. Tum Darius Medus regnum accepit. [p] Ille Ahasuerus rex Persicus filius fuit Darij regis Medi. Ille Ahasuerus fuit qui jussit afferre vinum e centum viginti septem provincijs pro centum viginti septem regibus, qui coram eo decumbebant, ut biberet unusquisq; e vino provinciæ suæ, ut non læderetur. Ille Ahasuerus fuit rex perversus. Ille Ahasuerus fuit rex stultus qui dixit, cesset regnum meum [q] potius quam decretum meum: cujus consilia spreta fuere, nec recta erant decreta illius. Ille Ahasuerus qui jussit adduci Vastitin reginam coram eo nudam: at illi non venit. Ille Ahasuerus, cujus in deibus venditi fuere Israelitæ gratis sine argento sicut scriptum est, [r] Gratis venditi fuistis. Ille Ahasuerus cujus tempore impletum fuit de domo Israelis, quod scriptum est in libro legis Mosis, [f] Mane dices, utinam adesset vespera. [t] Ille Ahasuerus. Quinq; sunt de quibus [u] *sic* scribitur, qui fuere & vocati sunt mali. Et quinq; sunt de quibus *sic* scribitur, qui fuere & vocati sunt justi. [x] Abram ille *est* Abrahamus. [y] Ille Aharon & Moses. [z] Ille Moses & Aharon. [a] Ille Hezechias. [b] Ille Ezra. Hi quinq; justi *fuere*. Quinq; autem impij coram [c] eo *fuere*, Nimrod de quo scribitur. [d] Ille fuit fortis venator. [e] Ille Esau pater Idumæorum. [f] Ille Dathan & Abiram. Ille rex Acharus. [g] Ille Ahasuerus. Et quia [h] dixit, & non fecit abbreviati fuere dies illius. Veruntamen ab India usq; ad Æthiopiam *est*, ab India ex occidente ad Æthiopiam ex oriente, Super centum & viginti septem provincias. Ille Ahasuerus, qui occidit uxorem ejus propter amicos suos. Ille Ahasuerus qui occidit amicum suum Hamanem propter uxorem. Ille Ahasuerus, qui regnavit ab India ad Æthiopiam. Annon autem India & Æthiopia propinquæ fuere altera alteri? At sicut dominatus fuit in Indiam & Æthiopiam, quæ propinquæ fuere ei, sic & dominatus est in centum & viginti septem pro-

[o] *Chald. regni*

[p] *sc: de quo loquitur volumen hoc Esthera.*

[q] *Chald. ut non cesset decretum meum.*

[r] *Esth.* 5. 2, 3.

[f] *Deut.* 28. 67.

[t] *sc:* הוא *ille.*

[u] 1 *Chron.* 1. 27.

[x] *Exod* 6. 26.

[y] *Exod.* 6. 27.

[z] 2 *Chron.* 32. 30.

[a] *Ezr.* 7. 6.

[b] *i. Deo.*

[c] *Gen.* 10. 9.

[d] *Gen.* 36. 43.

[e] *Numb.* 26. 9.

[f] 2 *Chron.* 28. 22.

[g] *Esth.* 1. 1.

[h] *Fortè, quia jussit templum ædificari & decretum revocavit ut in Paraphra. Priore ubi mentio fit cessationis mandati.*

provincias, & gubernatores earum. Juxta illud quod de Solomone rege dictum reperis, [i] Dominatus est in omnes transfluvium à Tiphsa usq; ad Gazam. Annon autem Tiphsa & Gaza altera alteri propinquæ fuere? At sicut dominatus fuit in Tiphsam & Gazam, quæ propinquæ fuere, ita in omnes trans fluvium dominatus fuit. Quatuor fuere qui dominati sunt [k] a fine mundi ad finem ejus. Duo e populis mundi, & duo ex Israele. Solomon & Achabus ex Israele. De Achabo scribitur [l] si sit natio aut regnum. Et Nebucadnezzar, & Ahasuerus. Sed regnum Ahasueri decurtatum fuit ut non dominaretur nisi in centum & viginti septem provincias. Et quare [m] meruit, ut dominaretur in centum & viginti septem provincias, nisi quod dixerat [n] Sanctus benedictus ille, Ille accepturus est Estheram, quæ est e filia filiarum Saræ quæ vixit centum & viginti septem annos. [o] Veniat filia filiarum Saræ, quæ vixit centum & viginti septem annos, & in centum & viginti septem provincias [p] dominetur.

[i] *i. Reg.* 4. 24.

[k] *i. ab una extremitate ad aliam.*

[l] *i. Reg* 18. 10.

[m] *i. obtinuit.*

[n] *i. Deus.*

[o] *Vel, veniet.*

[p] *Vel, dominabitur.*

2. In diebus illis cum sederet rex Ahasuerus super thronum, qui ei paratus fuit in Susane palatio. Thronus illi non fuit illius, neq; patrum ejus, sed thronus regis Solomonis, quem paraverat Hiramus rex Tyri sapientia magna. Ille Solomon erat rex magnus, quem regnare fecit Sanctus benedictus ille a fine mundi *uno* in finem mundi *alterum*. Elegit eum Deus priusquam nasceretur e visceribus matris ejus. Dilexit eum. Revellavit ei mysteria abdita, & secreta profunda illi indicavit. Scientiam & sapientiam ei dedit, & intelligentiam cordis. Ab initio inspicere potuit in litigantes, cum in judicium venerint coram eo, & priusquam potuerint loqui coram eo verba mendacia, propteria quod [q] distinguere potuit inter illud quod rectum erat, & quod iniquum. Splendor & gloria super illum effusa fuit, & corona regni capiti ejus imposita Gratia & misericordia induit [r] eum, sicut induerat Davidem patrem ejus. Quotidie transivit corona *indutus* per tredecim

[q] *Chald. scivit.*

[r] *Deus sc.*

decim annos. Primo die quo regnum ejus recepit, vocaverunt eum Jedidiam, propterea quod dilectus fuit a rege seculi Domino exercituum, sic enim scriptura explicat, [a] Et misit per manum Nathanis prophetæ, & vocavit nomen illius Jedidiam. Solomonem [b] vocarunt illum propter pacem quæ fuit in diebus illius. Sic enim declarat scriptura & dicit, [c] Et habitavit Judah & Israel confidenter. [d] Filium vocaverunt eum quia ædificavit Sanctuarium Domini exercituum. Sic enim scribitur, [e] Ædificando ædificavi tibi domum habitationis. Ithielem vocarunt eum quia verbum Dei in auxilium ejus fuit, Et sic scribitur, [f] Et sapiens fuit præ omnibus hominibus. Jakeh vocarunt illum, [g] quia princeps fuit, & dominator super totam terram, reges *sc:* terræ orientales & occidentales, Et hic scribitur, [h] Et sedit Solomon super solium Davidis patris sui: Omnes reges præ illo timueri, similiter populi & linguæ ei obedientes fuere. Dæmones, & diaboli, & bestiæ malæ, & spiritus in manum illius traditi fuere. Tributum ei attulere pisces marini, & volucres cœli, nec non pecora & animalia agrestia ascendebant, & veniebant ad domum mactationis, ut ex illis in cibum interficerentur. Solomon dives *fuit*, & fortis, & possessiones habuit auri & argenti valde multas. Parabolas interpretatus est, & abdita indicavit, & secreta [i] infinita cognita fecit. Osores illius & hostes *facti* fuerant amici ejus, & omnia regna ei obediebant. Steterant omnes ad videndam faciem ejus, & audire sermonem cognitionis ejus cupiebant. [k] Altus & elatus eum extulit propter servum ejus Davidem patrem illius. Nomen ejus in medium regnorum exijt, & potentia ejus in medium sapientum. Perfectus fuit & verus declinans a malo, & peritus mysteriorum cælestium, & sapiens. [l] Confirmatum fuit regnum illius præ omnibus regnis, & sapientia ejus [m] præ omnibus filijs Macholis. Audi-

[a] 2 *Sam.* 12. 25.

[b] הוה *pro* הוי *ut ex cateris nominibus patet.*

[c] 1 *Reg.* 4. 25.

[d] *Forte alludit ad titulum cap.* 30. *Prov. Filius Jakeh Sequuntur enim alia nomina ibi memorata. Est autem* בן *filius a* בנה *ædificare.*

[e] 1 Reg. 8. 13.

[f] 1 *Reg.* 4. 31. *Significat Ithiel Est Deus sc: cum eo.*

[g] *Nil tale reperio in nomine Jake, nisi sit abbreviatio* י *pro* יושב ק *pro* קצות א *pro* ארעא *possidens tenes terræ.*

[h] 1 *Reg.* 2. 12.

[i] *Ita ut non esset ei finis.*

[k] *Deus sc:*

[l] Bib. ven. par *hic addunt, Deus. Quæ vox proculdubio debuit addi ante* *Altus & elatus linea* 2ª *præcedente & Chald. ibi enim deest, hic redundat.*

[m] *Vid.* 1 *Reg.* 4. 31.

 verunt

verunt famam ejus, & sermonem scientiæ illius, similiter venerunt omnes [n] ad salutandum eum. Dilexerunt eum omnes reges, contremuerunt ab eo omnes magnates, appropinquarunt ei filij & filiæ illorum ut essent servi currentes coram eo, cupientes habitare coram eo, & desiderantes audire verba oris ejus, & sapientiam illius. Cum aperuit *os suum* ad loquendum, incurvabant se, & venerati sunt coram illo omnes qui [o] ingressuri essent coram eo. Et duces castella eorum omnia contempsere, & loca sua odio habuere, ut & provincias, & venerunt ad audiendum verba sapientiæ dulcis oris illius butiro similia, cum gloriam dedit Domino regum aperiens os suum [p] sicut tuba exaltans & laudans regem excelsum. Et data fuit clavis magna qua aperiunt omnes portas sapientiæ, & intelligentiæ cordis. Scivit & [q] audivit verba volucrum. Similiter pecora, & feræ capræ & cervi currebant coram eo, leones & pardi arma ceperunt. Sapiens fuit in sermone suo præ omnibus populis, omnes etiam scholas cognovit. Commoti coram eo fuerunt omnes reges, & regna omnia, tremorem apprehendere omnes principes. [r] Eiq; data fuit corona capitis vincentium, quia hominibus omnibus servitutem iniecerat. Ille [s] erat caput omnium regum, neq; erat qui adversus socium ejus arma [t] cepit. Timebant eum reges omnes & provinciæ omnes. Revelavit ei secreta Deus ita ut sciret omnia secreta hominum. Quia justitiam fecit & [u] exercuit, & retributionem misericordiæ operatus est, ab initio obtinuit ut rex esset in hoc mundo, & deinde seculum futurum. Hic erat Solomon rex ille magnus, qui fecit sibi thronum magnum regium, eumq; auro puro obtexit Ophiris, insculpto lapidibus Berullijs, & infixos lapides habente Rubineos & marmoreos. Eiq; etiam infixerant Smaragdi, Calcedoni, & Berylli, & Margaritæ, & omnes [x] gemmæ pretiosæ. Nulli regi talis factus fuit, neq; regna ulla thronum illi similem parare poterant. Et hoc e-

nas

[n] *Chald. ad rogandum pace ejus.*

[o] *Vel, parati erant sc: qui ingressi erant.*

[p] *Chald.* ב *per pro* כ *sicut.*

[q] *i. intellexit.*

[r] *Chald* ולית *& non pro* ולית *& ei.*

[s] *Chald.* הות *fæm pro* הוא *masc.*

[t] *Chald. est pl. num* יזע *sing.* נשא *pro* נשם

[u] *Chald. dedit.*

[x] *Quot barbari vocant joculatia Angl. Jewells.*

rat opus solij. Super eo posueri duodecim leones, & e regione eorum duodecim aquilas aureas, leonem scilicet ex opposito Aquilæ, & Aquilam ex opposito leonis. Disposueri hos e regione illarum. [x] Ungula leonis aurei opposita fuit alæ aquilæ aureæ sinistræ, & ala aquilæ aureæ sinistra opposita fuit leoni aureo e dextra. Et numerus leonum *fuit* septuaginta duo, totidemq; aquilæ *fuere*. Erat item throno caput rotundum [y] super locum, ubi sedere solebat rex. Erant & ei [z] sex gradus aurei, sicut scriptum est, [a] Et fecit rex thronum eburneum, & throno sex gradus. Et sic super gradum primum decubuit bos aureus, & e regione, leo aureus. Et supra gradum secundum lupus aureus, & ex adverso agnus aureus. Et super tertium aquila aurea, & e regione [b] avis *alia* aurea. Et super [c] quartum aquila aurea *alia*, & e regione pavo aureus. Et super quintum felis aurea, & e regione gallus gallinaceus aureus. Et super sextum accipitris pullus aureus, & ex adverso columba aurea. Et super caput solij stetit columba accipitris pullum manu tenens *indicans* quomodo futurum esset, ut omnes populi & linguæ in potestatem regis Messiæ traderentur. Et superius supra caput throni constitutum fuit candelabrum aureum [d] ornamentis suis ornatum, & lucernis suis, & sphærulis suis, & mundatoribus suis, & thuribulis suis, & scyphis suis, & lilijs suis, & juxta latus candelabri septem culmi candelabri aurei super quos figurati fuere septem patres mundi. Hæc sunt nomina eorum. Adam primus, & Noah, & Shem magnus, & Abrahamus, Isaacus, & Jacobus, & Jobus. Inter eos & ex altero latere candelabri constituti fuere culmi alij, super quos figurati fuere [e] septem sancti seculi, quorum nomina sunt Levi, Cohath, Amram, Moses & Aharon, & Eldad, & Medad, & Hur, prophetæ. Inter illos & super caput candelabri fixum fuit [f] vas aureum quod plenum fuit oleo olivæ puræ, quo accendebatur flamma in Sanctuario. Et infra illud

[x] *Deest, dextera, ut patet ex oppositione. Vel potius est* ירא *manus pro* ימנא *pars dextra.*

[y] *Chald. e supra locum domus sessionis regis.*

[z] *Chald.* שיתין *Sexaginta, pro* שיתא *sex.*

[a] 1 *Reg.* 10. 18, 19.

[b] *Qua sit, incertum est. Vid. Bux. Jun. Dict. Syrochal. in* אנק *Bib. Reg. Lev.* 11. 30: *a ferret.*

[c] *Chald.* רביע נשרלא *quod eccubuit aquila locus corruptus* ררביע *prioribus erupit pro* רבעתא *quartum. Sed cur alterius aquilæ meminit nescio.*

[d] *Chald.* בְ *pro* ב

[e] *Nomine tamen octo.*

[f] *crater forte.*

 infixa

infixa fuit phiala magna aurea plena oleo olivæ puræ e quo oleum adduxerunt propter lucernas candelabri, Et figuratus fuit super eam Eli Sacerdos magnus. Et e phiala magna exiere brachia duo aurea, & super ijs figurati fuere duo filij Eli Hophni & Phinees. Et in medio brachiorum aureorum duo canales aurei exiere, super quos figurati erant duo filij Aharonis Nadab & Abihu: & sedes duæ aureæ altera sacerdotis maximi, altera antistitis sacerdotum *fuit*. Et supra, e culmine throni infixi *fuere* throni septuaginta aurei, super quos sedebant septuaginta Senatores Synedrij causas judicantes coram rege Solomone. Et duæ [i] filiæ maris sedebant ad duas aures ejus. Rex Solomon non expavescebat. Et superius e culmine throni in culpiæ fuere viginti quatuor vites aureæ, quæ umbram regi Solomoni [k] exhibebant. Cumq; quæsivit rex Solomon abire in locum ullum desideratum ab eo, thronus vi machinarum suarum abijt sub eo, & pedem ejus gradui primo imposuit. Bos aureus eum ad gradum secundum extendit, & a secundo ad tertium, & a tertio ad quartum, & a quarto ad quintum, & a quinto ad sextum, usq; dum descenderent aquilæ, & regem Solomonem raperent, & eveherent, eumq; in culmine throni locarent. *Erat* autem draco unus argenteus in machinis illius. Cum vero audivissent reges famam throni *hujus* descenderunt, laudarunt eum qui mundum totum creaverat. Et cum ascenderunt rex Solomon, & super thronum ejus regium sederet, & coronam capiti suo imposuerat, postea circumivit [l] draco in machina, & ascendebant leones & aquilæ vi machinæ, & elevantes *se* super caput reges Solomonis. Columba quoq; aurea descendit e columna, & arcam aperiens accepit librum legis, & dedit eum in manus regis Solomonis, ut confirmaretur quod dicit Moses, [m] Et erit cum eo, & leget in eo omnibus diebus vitæ suæ. [n] Et manebit apud illum, & erit legens in eo toto tempore vitæ suæ, ut multiplicentur dies

[i] *Forte cetus aut pisces magni.*

[k] *Chald. faciebant.*

[k] *Chald.* תנינא *secundus*, pro תנינא *draco.*

[m] *Deut.* 17. 19.

[n] *Hac verba sunt paraphrasis Chald. in text. citatum.*

dies ejus ſuper regnum ſuum, ipſius & filiorum ejus in medio Iſraelis. Et cum venit Pontifex maximus ad inquirendum de pace regis Solomonis, & omnes ſeniores ſedebant, e dextra parte throni & ſiniſtra, & cauſas populi iudicabant, & cum ingrediebantur teſtes, ut teſtimonium darent coram rege Solomone, circumibant machinæ, convertebant ſe rotæ, mugiebant boves, rugiebant leones, rapiebant urſi, balabant oves, exultabant pardi, flebant aves aliæ, feles ſonum ſuum edebant, pavones ejulabant, galli cicuribant, accipitres juvenes rapiebant, paſſeres ejulabant auferre corteſtium, ut non falſum teſtimonium dicerent. Tum dixere teſtes in corde ſuo, Teſtimonium verum dicamus, [o] & ubi non noſtra cauſa mundus eradicabitur. [p] Rivi emiſſerunt aromata cum aſcendit rex Solomon ad ſedendum ſuper thronum ſuum regium. Neq; erat regi ulli thronus qualis fuit regis Solomonis. At cum [q] peccaſſent [r] plurimi Iſraelitæ prævaluit, & aſcendit contra illos Nebuchadneſſar impius rex Babelis, terram Iſraelis vaſtavit, urbem Hieroſolymitanam in prædam dedit, & Sanctuarium igne combuſſit, domumq; Iſraelis captivam abduxit, eoſq; Riblam in terra Chamathæ deduxit, & cum ijs in captivitatem abduxit thronum regis Solomonis. Cum autem conatus fuit Rex Nebucadnezzar impius aſcendere, & ſedere ſuper illum neſcivit, quod machina in eum aſcenderent. Extendit pedem ſuum ſuper gradum primum, & leo aureus extendit latus ſuum dextrum, eumq; ſuper latus ſiniſtrum percuſſit, & inde claudus fuit uſq; ad diem mortis ſuæ. Et poſt Nebuchadnezzarem regem Babelis, venit Alexander Macedonius, & captivum abduxit thronum Solomonis regis, & in Ægyptum portavit. Et cum vidit eum Sheſhacus rex Ægypti, gloriam ſc: throni, qui glorioſior fuit omnibus thronis regijs, deſideravit aſcendere & ſedere ſuper eum. At neſcivit, quod machina aſcendebant in eum. Extendit pedem ejus ſuper gradum primum, & leo aureus extendit latus ſuum dextrum, & per-

[o] *Chald.* ואילא *pro* ואי לא

[p] *Vel, præſepia ſc: horum animalium.*

[q] *Vel rei facti eſſunt vel condemnati.*

[r] *Chald.* סניהון *oſores pro* סגיהון *multi.*

percussit illum super latus illius r sinistrum, & vocatus fuit Pharaoh claudus usq; ad diem mortis suæ. Et cum venit Epiphanes filius Antiochi regis, & ascendit contra terram Ægypti, & vastavit eam, & captivum abduxit thronum Solomonis regis, & navibus eum adduxit, & dejectus fuit pes solij cum catena aurea: & adduxerunt omnes opifices mundi & artifices omnes, ut corrigerent pedem solij, nec potuerunt eum rectificare usq; ad hunc diem. Cum autem cessavit regnum illius, & Cyrus Persia post eam surrexit, tum justitia quam in Sanctuarium exercuit obtinuit ut ascenderet & sederet super thronum illum regis Solomonis, cui similem non habuit rex t ullus.

r *Chald.* רשתלא *pro* רשמלא *ut e prioribus patet.*

t *Videtur esse* לכולין *pro* לכולהין

3. Anno tertio regni Nebuchadnezzaris flebant Israelitæ, & obstupescentes dicebant, væ nobis, u prævaluit iniquitas, terram nostram vastavit hostis, provinciam nostram desolatam reddidit, in captivitatem nos abduxit, & quod rectum non est, fecit. Similiter seniores nostros catena ligavit, & magnates nostros captivos fecit, juvenes nostros gladio occidit, & parvelos nostros in captivitatem exportavit. Corona gloriæ nostræ a nobis ablata est. Cum autem surrexere reges domus Davidicæ, etiam illi mundum totum regebant. Et post Davidem surrexit Solomon filius ejus, & regem fecit illum x Sanctus benedictus ille super pecora agrestia, & super volucres cælestes, & super reptilia terrstria, & super dæmones, spiritus & striges. Et sermonem horum omnium intellexit, & illi intelligebant sermonem ejus, Et sic scribitur, Et locutus est y ad arbores.

u *Vel prævaluit iniquitas hostis.*

x *i. Deus.*

y *Sic transferri debet juxta sensum Paraphrast. quia citat hunc locum ut e seq; verbis probet Solomonis verba a brutis intellecta fuisse locus est.* 1 *Reg.* 4. 33. *sed est* אל *pro* על.

Et cum jucundum fuit cor Solomonis præ vino, misit & invitavit totam orientalem & occidentalem plagam propinquam terræ Israelis, & decumbere fecit eos in medium basilicæ in domo regni ejus. Et rursum cum hilare fuit cor regis Solomonis vino ejus, edixit ut adducerent nablia, & cymbala, & tympana, & citharas quibus psallebat David pater illius. Iterumq; cum jucundum vino ejus fuit cor Solomonis regis, jussit

jussit afferri pecora agri, & aves cæli, & reptilia terræ & dæmones, & spiritus, & striges, ut coram eo saltarent, ut appareret magnificentia ejus omnibus regibus, qui coram eo decumbebant. Et nominibus eorum vocabant eos [x] libri regis, & congregati fuere omnes, & venerunt ad eum non ligati, neq; coacti, neq; duxit eos vir *ullus*. Ea hora quæsitus fuit gallus silvestris inter volucres, nec inventus fuit. Et præcepit de eo rex, ut adduceretur in furore *ejus*, & perdere eum conatus est. Respondit gallus silvestris coram rege Solomone, & dixit ei, Audi Domine rex terræ, ausculta auribus tuis, & audi verba mea. Annon tres menses *sunt* postquam [a] inij consilium in corde meo, & consultationes veras [b] apud me. Cibum meum non comedi, neq; aquas bibi. Et priusquam inspexi & volari per totum orbem dixi, quæ est illa provincia, aut principalitas, quæ Domino regi non obtemperat? Animadverti ego,& vidi provinciam quandam, Arcem sumi nomine in terra orientali *cujus* pulvis auro pretiosior *est*, & argentum sicut fimus in platæis. Ibiq; *sunt* arbores ab initio plantatæ, & ex horto Paradisi aquas bibunt illæ. Sunt ibi populi multi coronati capitibus eorum, [c] bello surgere nesciunt, percutere revera non possnt. At revera vidi mulierem quandem dominantem in eos omnes, cujus nomen est Regina Shebæ. Jam si tibi placuerit Domine rex, ligabo lumbos meos sicut homo, & surgens adibo ad Arcem sumi, in provinciam Shebæ. Reges eorum catenis ligabo, & principes eorum compedibus ferreis, eosq; adducam ad dominum Regem. Et placuit res regi, & vocati fuere scribæ regis, & epistolas scripsere, eas ligavere super alas galli silvestris. Qui surgens ascendit ad cœlum superne, & volutando volutavit, & superinuit, & volavit inter volucres, quæ post eum volabant. Et abijt ad Arcem sumi in provinciam Shebæ. Accidit autem tempore matutino ut exiret regina Shebæ ut adoraret mare volucres autem solem obfuscabant. Injecit autem manum suam vestimentis suis, eaq; laceravit

[x] *sc: loquentes acsi homines essent.*

[a] *Chald. dedi. Videtur enim esse* הכית *pro* יהבית

[b] *Chald.* מילותי *pro* מלותי

[c] *Hic additum e prioribus sine sensu Inde plantati ex horto Edenis. In text. Chald.*

avit. Et mirata fuit, & obstupefacta. Descendit ad eam gallus silvestris. Et aspexit *illa* & ecce epistola alis ejus alligata fuit. Divertit & legit eam. Quid autem scriptum fuit in ea? [d] Quod commendavit rex Solomon pacem tibi, pacem magnatibus tuis. Quod tu nostri Sanctum Benedictum illum regem constituisse me super pecora agri & volucres cœli, & super dæmones & spiritus & striges, & super reges orientales & occidentales, Australes, & Aquilonares veniunt & de pace mea inquirunt. Jam [a] si venire velis & de pace mea inquirere, honorem amplum ego tibi exhibebo præ omnibus quæ coram me decumbunt. At si non placeat tibi venire & de pace mea inquirere, emittam contra te reges & legiones & equites. Et si dicas, quos reges aut legiones aut equites habet rex Solomon? Pecora agri reges sunt, & legiones & equites. Et si dicas, quos equites *habet ille?* volucres cæli sunt equites, exercitus sunt spiritus, & dæmones, & striges sunt legiones, qui vos in lectis vestris in medio domuum vestrarum strangulabunt. Pecora agri occident vos in agro, aves cæli carnem vestram a vobis comedent. Et cum audivisset regina Sheba verba epistolarum secunda vice manus vestimentis suis injecit, eaq; dilaceravit. Misit & vocavit senatores & magnates & dixit ijs, Nonne nostis, quid mihi misit rex Solomon? Responderunt & dixerunt, Regem Solomonem nos nescimus, neq; regnum ejus æstimamus. Illa autem non confisa est neq; auscultavit verbis eorum. Misit igitur & vocavit omnes nautas maris, & portare fecit eos [b] gemmas & Margaritas & lapides [c] pretiosos. Et misit ei sex mille pueros & puellas omnes natos uno anno, uno mense, uno die, una hora, unius staturæ, [d] unius finis, omnes vestitos vestibus purpureis. Et scripsit epistolam, eamq; misit per manus eorum ad regem Solomonem ex Arce fumi in terram Israelis itinere septem annorum. Nunc juxta postulationem & petitionem tuam qua requisita sum e præsentia tua veniam ad te in fine trium annorum. Fuit autem

tem

[a] *Vel quod a me rege Solomone pax missa sit tibi. Potest enim esse* מנר *pro* מני

[a] *Chald. Si velitis & veneritis & inquiratis.*

[b] *Vel dona. Sic* Psal. 72. 10. *in text. Heb. Reges Seba & Sheba* אשבר *donum afferent Multa autem Chaldaica verba sunt Hebraica originaliter.*

[c] *Chald. æsti malos Et enim* חבוין *pro* חשבוין *vel forte pro* טבוין *bonis. Sic enim appellant lapides pretiosos. Ut postea hoc*

[d] *i. Qui debebant uno momento mori.*

tem in fine trium annorum ut veniret regina Shebæ ad regem Solomonem. Et cum audivit rex Solomon venisse reginam Shebæ, emisit ad eam Benaiam filium Jehojadæ, qui similis fuit Lucifero, qui exit tempore matutino, & qui similis fuit stellæ Veneris, quæ lucet & stat inter stellas, & similis lilio, quod stat juxta rivos aquarum. Et cum vidit regina Shebæ Benaiam filium Jehojadæ, demisit se de curru. Respondit Benaiah filius Jehojadæ & dixit ei, Quare descendisti e curru suo. Respondit illa,& dixit ei: Annon tu es rex Solomon? Respondit & dixit ei, Non sum ego rex Solomon, sed unus e ministris, qui stant coram eo. Et statim convertit vultum suum retrorsum, & proposuit ænigma magnatibus suis, dicens. Si non visus sit a vobis leo, venite, videte lustrnm ejus, & si non vidistis regem Solomonem, venite videte splendorem viri, qui coram eo stat.

Et adduxit eam Benaiah filius Jehojadæ coram rege. Et cum audivit rex, quod venerit illa ad eum, surrexit, & abjit, & sedit in domo [a] vitrea. Cum autem vidit regina Shebæ regem sedentem in domo vitrea, cogitavit in corde suo & dixit regem in aquis sedere. Et solvit vestimentum suum ut pertransiret, & visus fuit ei capillus in pede suo. Respondit rex Solomon & dixit ei, Pulchritudo tua est pulchritudo mulierum, at crinis tuus est crinis hominum. Est autem crinis homini decorus, mulieri turpis. Respondet regina Shebæ & dixit ei, Domine rex, proponam tibi tria ænigmata, quæ si mihi explicueris, scio te virum sapientem esse, at si non *poteris*, tu alijs hominibus æqualis es Respondit & dixit ei, Quæ sunt illæ cisternæ ligneæ situlas ferreas habentes, quæ exhauriunt lapides & effundunt aquas? Respondit & dixit ei, foveæ stibij. Respondit & dixit ei, Quis est ille pulvis qui ex humo exit, cujus cibus est pulvis de terra, effusus est sicut aqua & interius scaturit? Respondit & dixit ei, [b] Naphta. Respondit & dixit ei, cannabis in capite omnium eorum

[a] *i. Plena fenestris, & pellucida.*

[b] *Id est Bitumen liquidum.*

inceſſit, & clamavit clamore magno & amaro, capita meum ſicut iuncus, gloria nobilium, pudor egenorum honor mortuorum, infamia vivorum, gaudium avium perturbatio piſcium, Reſpondit & dixit ei, Linum. Reſpondit illa & dixit ei, [a] Non credidi verbis uſque dum vehi, & vidiſſent oculi mei, & ecce non indicatum fuit mihi dimidium. Addidiſti ſapientiam & bonitatem rumori quem audivi. Beati ſunt viri tui, & beati ſunt hi ſervi tui. Et introduxit eam in medium palatij regij, & cum vidit regina Shebæ amplitudinem ejus, & honorem ejus, laudem dedit ei, qui creavit illum, & dixit, [b] Sit Dominus Deus tuus benedictus, [c] cui complacitum fuit in te, ut ſedere faciat e te oriundos ſuper ſolium regni ad exercendam juſtitiam & judicium. Et dedit regi aurum & argentum [d] bonum, & Dedit ei rex, quicquid deſideravit. Et res Orientales Occidentales, Boreales & Meridionales, cum audiverunt famam ejus, omnes pariter perterrefacti fuere, & venerunt e locis ſuis gloria magna, & magnificentia ampla, & cum auro & argento, lapidibuſq; pretioſis, & margaritis.

Et cum [e] peccavere [f] multi Iſraelitæ prophetavit Jeremiah propheta prophetias multas contra eos. At non receperunt eas ab eo. Veruntamen dilatavit eum Spiritus Sanctus, & adduxit eum in terram tribus Benjaminis, ſic enim ſcribitur, [g] *Et exivit Jeremiah Hieroſolymis ad eundum in terram Benjamin.* Cum autem prophetam egit Jeremiah in medio Hieroſol. [h] miſericordiam petijt coram patre ejus, qui eſt in cælis, & non tradita fuit urbs Hieroſol. in manus Chaldæorum neq; deſolatam eam reddebant. Sed cum Jeremiah fuit in terra tribus Benjamin, prævaluit & aſcendit contra eos Nebucadnezzar rex Babelis, terram Iſraelis vaſtavit, urbem Hieroſolymitanam ſpoliavit, & Sanctuarium igne combuſſit. Et dum Nebucadnezzar impius manſit Antiochiæ Riblæ miſit Hieroſolymas per manum Nebuzaradanis præfecti ſatellitum, & fregit muros

[a] *Citat text. 1 Reg. 10. 7, 8. idq; verbis Hebraicis.*

[b] *Text. Heb. 1 Reg. 10. 9.*

[c] *Hæc pars text. Chald. citatur.*

[d] *i. Optimum.*

[e] *Vel rei facti aut vel condemdemnati.*

[f] *Chald.* סבאי *pro* סבאי *oſores, pro, multi. Ut & antea v. 2.*

[g] Jer. 37. 12.

[h] *Chald. miſericordias.*

muros urbis Hierosol. At cum venit Jeremiah propheta, & vidit urbem Hierosol. vastatam, & exercitus Chaldæorum circundantes eam, clamavit Jeremiah Propheta voce magna, & fletu amplo flevit, & amaro, respondit & sic dixit, [a] *Dilatasti me Domine, & dilatatus sum.* Extendisti me Domini & extensus sum, corroborasti me [b] & prævaluisti. Et cum audivit Nebucadnezzar impius rex Babelis subjectam fuisse urbem Hierosol. collegit omnes exercitus Chaldæorum, & venit & stetit juxta domum sanctam, caput suum movens, & adducens & afferens manu sua prius quam [c] cognovit, quid fuit in [d] fine castrorum Sancheribi, cum [e] missus fuit contra eos angelus e supernis, qui occidit ex illis octodecem [f] principes & quinque millia equitum neq; relictus fuit in exercitu Sancherribi præter illum solum. Exijt deinde [g] vox cælestis, & dixit ei Nebucadnezzar rex Babelis surge, abi, & redi Riblam in terra [h] Hamathæ. [i] Politas fecit sagittas suas, ab imaginibus consilium petijt, sagittam in Occidentem jecit, & redijt & cecidit in medio Hierosol. Sagittam misit in orientem, & redijt & cecidit in medio Hierosol. Sagittam misit in urbem peccatricem quæ eradicari debuit celeriter e mundo, & redijt & cecidit in medio Hierosol. Tum surrexit & misit magnates ejus in Hierosolymas.

Quæ autem sunt nomina eorum? Nirgal, Sharetser, Shamgar, Nebu, [a] Sarsecim, Rabsaris, Rab-mag. Et surrexit & ivit post magnates ejus & venit ad domum Sanctam & respondens sic dixit, Tu es ille Deus magnus qui commovisti nos, & adduxisti nos contra civitatem tuam, & contra templum tuum. Et cum vidit janua domus sanctæ quod steterint populi polluti coram ea, occlusit seipsam & noluit aperire. Et venere omnes exercitus chaldæorum, & [b] adduxerunt secum ter mille sexaginta camelos onustos securibus ferreis, & absorpsit ea destructio extra domum sanctam. Et hucusq; non dederunt animas suas ad aperiendum,

[a] Jer. 20. 7.
[b] *Sic transferenda esse verba e Paraphrastis sent entica patet e Chald. paraphrasi loci citati verbis sequentibus.*
[c] *Chald.* יד *pro* ידע *manus pro cognovit ut patet infra.* c. 4. v. 1.
[d] *i. Quis fuit finis castrorum.*
[e] *Chald.* דרבילתא *pro* דיכלת *vid. paraphr. citatam in.* Jer. 20. 7.
[f] 1 *Reg.* 19. 35. *Chald.* רברבנים *pro* רבון *vel* רבבן
[g] *Chald. filia vocis.* 1 *Tonitrui.*
[h] 1 *Antiochia.*
[i] *Ad divinationem sc: vid. Ezech.* 21. 21.
[a] *Bib. Chald. Sar Secim discunctè sed male vid.* Jer. 39. 3
[b] *Et Samgar nebo videtur esse una vox ibi.*

usq; dum venit [a] Printus, & mactavit porcum, & sparsit de sanguine ejus super Sanctuarium, & illud polluit Postquam pollutum erat, aperuit [b] seipsum & venit Nebucadnezzar impius in Sanctuarium, ivitq; & sedit super atria Zechariæ filij Jehojadæ Sacerdotis maximi, & vidit Nebucadnezzar sanguinem ejus, qui effluxit in terram, & Seniores Israelis interrogavit, & dixit ijs, Sanguis hic humanus est. Responderunt & dixerunt ei, Propheta quidem fuit inter nos, qui nos reprehendit, quod nos ab eo non recepimus, sed eum in Sanctuario interfecimus. Et cum vidit Nebucadnezzar impius rem istam, dixit illis, Abite, & afferte mihi quatuor mille sacerdotes selectos. Et occidit eos propterea quod sanguis ille adhuc non absorptus fuit in terra usq; dum increpaverat eam Nebucadnezzar & dixerat ei, Populus tuus universus tua causa vastabitur : & postea absorptus fuit. Et cum vidit Pontifex maximus Pontifices interfectos, induit togam ejus, & Ephod suum aptavit, & accepit claves Sanctuarij manu sua, & ascendit, & stetit super tectum templi respondens & sic dicens, Data est ædes, & tradita in manus ejus & nos custodes non sumus in ipsa. Et injecit se in medium ignis, & combustus fuit. Et cum viderunt Sacerdotes cæteri Sacerdotem summum ardentem in igne, illi quoq; accepere nablia sua, & citharas suas, & omnia instrumenta sua musica, & in medium ignis cecidere, & combusti fuere. Cum autem [c] conatus est Nebucadnezzar ingredi ut videret Sanctum sanctorum, occlusæ sunt fores templi, neq; aperuere se, dum exijt [d] vox tonitrus e cælis supremis, & dixit ei, [e] Aperi Lebanon fore suas. Et postea seipsum operuit & ingressus est Nebucadnezzar impius impurus in Sanctum sanctorum, quod est [f] oblectamentum regis omnium seculorum Domini exercituum. Et cum vidit vasa sancta absorpta e conspectu ejus indignatus est indignatione magna, & exijt inde [g] perturbatus, & occisionem magnam occidit, & captivitatem amplam abduxit

[a] איתין pro איתרן

[b] *Forte pro* ררתא *absorpsit eos atrium exterius. i. omnes securæ consumptæ sunt priusquam atrium exterius destruere possent.*

Forte Fortunatus. Scribunt. n *Hebræi* ב *pro* ל *nostro.*

[c] *Chald. quæsivit.*

[d] *Filia vocis. Chald.*

[e] Zech. 11.1.

[f] *Vel, honor.*

[g] *Chald. cum perturbatuos fuit sc: Phrasis frequens.*

abduxit, & eduxit populum Iſraeliticum vinctum catenis ferreis, & exportavit eos nudos onuſtos oneribus arenæ ſuper humeros eorum. Et Jeremiah propheta ivit cum illis uſq; dum pervenit ad ſepulchra patrum, & clamavit, & ploravit, & reſpondit, & ſic dixit, Patres miſericordes Abrahame, Iſaace, & Jacobe, ſurgite e medio ſepulchrorum veſtrorum, & aſpicite filios veſtros populum domus Iſraeliticæ, qui abeunt in captivitatem, & ambulant in [a] ſervitium peregrinorum.

Reſpondit Spiritus ſanctus & dixit ei, Prius tibi dixi Jeremiah propheta, [b] *quod abſtulerim pacem meam.* Surrexit a ſepulchris patrum, & abijt, & cecidit ſuper ſepulchra matrum, reſpondit, & ſic dixit, Matres fideles Sara & Rebecca, & Rachela & Leah ſurgite e ſepulchris veſtris, & aſpicite filios veſtros, filiaſq; populum Iſraeliticum, quos educaſtis in veritate, euntes in captivitatem, & ambulantes in ſervitutem exterorum ſine calceis. Reſpondit Spiritus ſanctitatis, & ſic dixit, [c] *vox audita fuit in Rama.* Surrexit a ſepulchris matrum, & abiens cecidit ſuper ſepulchra prophetarum, reſpondit, & ſic dixit, prophetæ miſericordes Moſes & Samuel ſurgite e ſepulchris veſtris & aſpicite populum Iſraeliticum, quos duxiſtis in veritate, abeuntes in captivitatem, ambulantes in exilium ſine calceis. Reſpondit Spiritus ſanctus, & dixit, Prius dixi, [d] *Jeremiah propheta, Si ſtet Moſes aut Samuel coram me.* Surrexit a ſepulchris prophetarum, & cecidit ſuper ſepulchra [e] lugentium, reſpondit & ſic dixit, Paſcite me pane lugentium, & potate me calico conſolationum, quia lugeo ob populum Iſraelis, qui abeunt in captivitatem & ambulant in exilium. Reſpondit ſpiritus ſanctus & dixit, [f] *Ne venias in domum luctus.* Luxit autem Jeremiah & flevit, & planxit propter domum Iſraelis, qui abiere in exilium, & ambulavere in captivitatem nudi, & onuſti arena ſuper humeros eorum. Abierunt illi, & magnates eorum, & dominatores eorum uſq; dum perve-

[a] *Chald. captivitatem.*

[b] Jer. 16, 5.

[c] Jer. 31, 15.

[d] Jer. 15. 1.

[e] *Videtur eſſe* מסחויא *pro* מרזחיא *ut patet e* Jer. 16. 5. *citato poſtea.*

[f] Jer. 16. 5.

pervenerunt ad locum appellatum Domum Cyrl, & eduxere vestes, & vestierat eos. Respondit Jeremiah & dixit Nebucadnezzari impio & omni exercitui Chaldæorum, qui venerunt cum eo, ut [a] non eatis post idola vestra, neq; laudetis ea. Revera sciatis quod populum occidendum occidistis, & populum captivandum captivastis. Fuere autem abducti, & abeuntes usq; ad Meetulam civitatem. Flevit autem Jeremiah propheta, & gemuit, & defluxerunt ex oculis ejus duæ lachrymæ, & fuerunt ibi duo fontes aquarum ad hunc diem usque.

[a] *Personam mutat, quasi eos jam alloquens.*

Et cum [b] venerunt usq; ad flumina Babelis, respondit rex Nebucadnezzar impius, & dixit domui Israelis, [c] *Hi sunt illi cantus, qui* [d] *cecinistis coram Domino vestro magno qui est Hierosolymis.* Veniant & canant coram me. Et cum audiverunt hoc Levitæ, suspendere citharas eorum super salices, quæ stant juxta fluvios Babelis, sic enim scribitur, [e] *Juxta fluvios Babelis super salices in medio illius.* Responderunt autem Levitæ & dixerunt Nebucadnezzari impio, Si nos fecissemus voluntatem patris nostri cœlestis, & laudes cecinissemus coram patre nostro Hierosolymis in manum tuam traditi nunc non fuissemus.

[b] *Chald. venerunt attigerunt.*
[c] Psal. 137.3.
[d] *Pro, cecinerunt.*
[e] Psal, 137. 1, 2.

Quomodo canemus coram te laudem Domini nostri, sic enim scriptura explicat, & dicit, [f] *Quomodo canemus canticum Jehovæ?* Cum audivit Nebucadnezzar impius sermonem hunc respondit & sic dixit, Occidite illos, quia decretum regis transgressi sunt. Respondit Pelatiah unus ex Israelitis filius Jehojadæ & dixit, ovis quam tradidit Dominus ejus in manum pastoris, venit lupus, & accepit ab ove ex eo quod necessarium fuit. Respondit & dixit ei, A pastore illud requiri debet. Respondit & dixit ei, Audiant aures tuæ, quod dicit os tuum. Et jussit rex, & adduxit Zedechiam regem, & abstulerunt ab eo catenas ferreas & æneas, & vestes carceris ejus mutavit.

[f] Psal. 137.4.

In

In anno. Anno tertio regni sui fecit convivium omnibus magnatibus ejus, & servis populis Medorum & Persarum, ducibus exercituum, & viris magnis, qui provincijs præfecti fuere, amictis stolis sericeis, vestitis purpureis vestibus comedentibus & bibentibus, & lætantibus coram eo.

4. Cum ostenderet ille. Non scribitur, quod ostenderet ille devitias suas, sed scribitur, Cum ostenderet ille divitias gloriæ regni ejus. Illæ autem opes quas ostendit, erant Sanctuarij. Carnis autem & sanguinis divitiæ omnes sunt opes Sancti Benedicti Dei. Sic enim scribitur, [a] *Meum est argentnm, & meum est aurum, dicit Jehova Dominus exercituum.* Sex [b] domus thesaurorum ostendit illis, quotidie centum, & octoginta dies, sicut scribitur [c] Divitias Gloriæ Regni ejus, & Honorem Decoris Magnificentiæ ejus. Ecce sex Et cum viderunt ibi Israelitæ vasa Sanctuarij, noluerunt coram eo decumbere. Dixerunt autem regi quidam, Nolunt Judæi decumbere, quia vident vasa Sanctuarij. Et dixit rex, Facite ijs [d] discubitum alium per se.

5. Et cum impleti fuerint. Et cum finiti fuere dies illi dixit rex, Nunc faciam festum [e] filijs regionis meæ, & introducam eos in atriam horti plantati arboribus frugeferis & aromaticis. Quid fecit? incurvavit se [f] arbor una alteri, fecitq; fornices, & fregit arbores aromaticas, & sedere fecit eos, & [g] effuderunt coram ijs lapides pretiosos, & margaritas, & arbores eos obtegebant.

6. Et potare. Et bibebant in vasis aureis, & in calicibus aureis. Et qui bibit in calice, non duplicavit, neq; bibit iterum in eodem, sed calicem illum ab eo auferebant, & alium produxerunt. Et fuere ibi [h] cucumellæ, neq; fuere calices similes invicem propterea quod sic scribitur, [i] Et vasa a vasibus mutata fuere. Sed cum produxere vasa Sanctuarij, & infunderunt ijs populi illi seculi, mutatus fuit splendor eorum, & id-

[a] Hag. 2. 9.

[b] *Vel, sex in thesauris.*

[c] *i. Quot ibi sunt verba tot domus ostendit, & forte ita appellatas.*

[d] *i. Convivium.*

[e] *i. Incolis.*

[f] *Chald. arbor arbori.*

[g] *Sc. arbores aromatica.*

[h] *Ita Bux. Jun citat hunc locum in* קמץ *Ego judico esse vas aliquod in quo biberent.*

[i] *Sc. in text. Heb.*

circo

circo ſcribitur, [a] Et vaſa a vaſibus mutata ſunt. Et unum regis [b] multum fuit præ eo, qui bibet illud. Et propter quid ? [c] Quia rogare debuit virum illum. [d] Quot annos natus es tu, & ille, dixit ei, Quadraginta annos natus, ideoque dedit ei bibendum unum quadraginta annorum, & ſimiliter viro unicuiq; : & idcirco ſcribitur, Et unum regni multum fuit juxta manum regis.

7. Et potatio. Et bibebant juxta legem, neq; erat qui læderetur. Et quare non fuere læſi ? Quia quod ad calices hominum Perſicorum attinet cum afferebant ijs calicem magnum continentem quadraginta quinq; [e] Heminas cujus nomen appellatum fuit Pichoa : In quo bibere fecerunt unumquemq; virum neq; dimiſerunt eum dum eum biberant. Et pincerna, qui infudit Perſis [f] valde dives inde effectus fuit. At quomodo ditatus fuit ? Infuit in viri uſum, & quia non potuit vir bibere projiciebant pincernæ mercedem ejus, [g] A me & tibi effundunt [h] Drachmas ; propterea quod non potuit ebibere. At edixit Ahaſuerus, Non introducant hos calices in bibitionem, ſed bibat unuſquiſq; prout voluerit. Scribitur enim, Et bibitio erat juxta legem.

8. Etiam Vaſhti quoq; regina convivium fœminis paravit, ijſq; vinum [i] nigrum fudit, & in palatio eas ſedere fecit, ut regis divitias ijs oſtenderet. Illæ autem eam rogabant ubi rex dormiret. Et igitur indicavit ijs omnia quæ fœminæ ſcire cupiebant. Et narravit ijs [k] cænacula regia, Hic edit, illic bibit, & ibi dormit. Ideoq; ſcribitur, Domo regia.

9. In die. Die ſeptimo, cum hilare eſſet cor regis vino, & corda centum viginti & ſeptem regum, qui cum eo fuerint, qui cincti erant coronis regijs orta eſt contentio & jurgium inter illos ſub guſta vini ſui, & fornicationi operam dabant. Reges occidentales dixere, [l] uxores noſtræ pulchræ ſunt. Rex etiam Ahaſuerus in guſtu vini ſui reſpondit & dixit, illis, Non ſunt

[a] *Hic verba Heb. citat, quia de vaſibus ſacris loquitur. Antea Chald. citavit.*

[b] *Ætate ſc: i. antiquior vel plus quam &c.*

[c] *Redundant in Chald.* רוהשתוה׃

[d] *Chald. Quot annorum filius.*

[e] *i.* Ημίνα. *Dimidia pars ſextarij. vid. Buxt. dict. Chald. Et Syr.*

[f] *Chald. divitias multas ditatus fuit.*

[g] *Hæc videntur eſſe verba ejus qui totum calicem ebibere non poterant. Dilecte a me.*

[h] *Quartam partem ſicli ſacri valebat drachma ut patet e Chald. paraphr. 1 Sam. 9. 8. ubi pro Quarta parte ſicli eſt Drachma unum.*

[i] *i. Rubrium.*

[k] *Chald. eſt* מבגניא *pro* וּנאמבננ׳א *accubit.*

[l] *Vel, fœminæ.*

sunt fœminæ pulchræ in mundo præter Babylonicas. Et si mihi non credatis, En Babylonica quædam mecum habitat in palatio regio meo. Mittam & accersam eam coram me, & coram vobis, ut videatis eam pulchriorem esse omnibus fœminis. Ea hora misit ad eam rex Ahasuerus septem Eunuchos.

11. Ad afferendum. Respondit & dixit illis, Abite & dicite Vashti reginæ, Surge a solio regali tuo, exue te nudam, & impone coronam capiti tuo, & calicem aureum dextræ tuæ, aliumq; sinistræ, & veni coram me & centum viginti & septem regibus cinctis coronis, ut videant te an pulchrior sis omnibus fœminis.

12. Et renuit. Respondit regina Vashti, & dixit septem eunuchis, Interius ite, & dicite Domino vestro stolido, quod [a] vos stulte agitis sicut ille. Ego sum Vashti regina filia regum Babelis. In convivio Belshazzar pater meus adversus mille viros vinum bibit, nec tamen errare fecit eum vinum ad loquendum verba non recta, sicut te, Ea hora abiere & dixere regi sermonem Vashti reginæ. Cum autem audivit rex verba hæc, incensa fuit ira ejus, furor magnus eum accendit. Et rursus misit ad eam per manum septem Eunuchorum regni, qui coram eo sedent in regno, Nunc abite & dicite Vashti reginæ, Si non auscultes verbis meis, & non venias coram me & coram regibus his, interficiam te, & perdam decorem tuum a te. Et cum abiere magnates regis, & dixerunt ei, quæ eos honorifice non accepit, sed respondit, & dixit illis, Abite & dicite regi stulto consilia ejus levia, & decreta ejus non recta esse. Annon ego sum Vashti regina filia Evilmerodachi, filia filii Nebucadnezzaris regis Babelis. A quo die creata fui nemo vidit corpus meum præter te O rex. Nunc si veniam coram te, & coram centum viginti & septem regibus cinctis coronis, interficient te, & me in uxorem accipient. Respondit Domina quædam Persica, & dixit Vashti reginæ, Si occidat te & pulchritudi-

[a] Chald. אנון pro אנתון vos.

I nem

nem tuam a te perdat, non divulgabunt nomen tuum, neq; nomen patrum tuorum, neq; ostendes corpus tuum, aut substantiam tuam ulli homini præter solum regem. Ea hora inquam cum retulissent magnates regis renuisse Vashtin reginam venire sicut edixerat rex, qui per manum Eunuchorum misisset, valde iratus fuit rex, & furor ejus fortis fuit super eum.

13 Et dixit. Et dixit rex sapientibus temporum peritis, sic enim negotia regis coram omnibus scientibus decreta & judicia, *agitata fuere.*

14. Et proximus. Et coram propinquis ei in consiliis & remotis. Propinqui autem erant Carshena ex Africa, Shethar ex India, Admetha ex Idumæa, Tarshish ex Ægypto, Meres e * Resena, Memucan ex Hierosolymis, septem magnates Persie qui faciem regis videbant, qui sedent coram eo in regno.

* *Hæc dicitur urbs magna,* Gen. 10. 12.

15. Juxta legem. Et dixit illis rex, Date consilium quid faciemus Vashti reginæ, quia non implevit mandatum regis Ahasueri quod per eunuchos misit.

16. Et dixit. Et dixit Memucan. Ille est Daniel. At cur vocatur nomen ejus Memucan? Propterea quod cum captivi abducti fuerint tribus domus Jehudæ Babelem usq; captivati cum his fuere Hananiah, Michael, & Azariah. Fuit quoq; in captivitate Daniel, & manibus ejus facta fuere signa, & fortia. Etiam per manus Danielis decretum fuit superne interfici debere Vashtin reginam. Idcirco appellatum fuit nomen ejus Memucan, id est ordinatus. Et dixit Memucan coram rege & principibus. Sic enim erat decretum regis quo tempore sedebant consiliarii, principes minores consilium coram eo dedere.

Et si placuerit consilium, illud implevere. At si non placuerit consiliū majores illis consilium dedere. Erat autem Memucan eorum omnium minimus, ideoq; ille primum coram rege consilium dedit. Duxerat autem Memucan uxorem e Persicis fœminis, quæ illo ditior fuit, neq; voluit eum alloqui nisi sermone suo. Et

dixit

dixit Memucan apud se, [a] Jam inventa est occasio subjugandi mulieres, ut ipsæ honorent maritos suos. Idcirco dixit Memucan, O rex & Principes non contra regem solum perverse fecit Vashti regina, sed contra omnes populos & principes, qui sunt in omnibus provinciis regis Ahasueri.

17. Quia. Exibit enim res reginæ ad omnes fœminas ita ut contemnent maritos suos in oculis suis. Et dicet unaquæq; fœmina marito suo, An forte tu honorabilior es rege Ahasuero, qui edixit, ut Vashti regina coram eo veniret, quæ tamen noluit venire?

18. Et hodie. Et hoc ipso die dicent Principissæ Persiæ & Mediæ, quæ verba reginæ audiverint, omnibus principibus regis, ita ut erit abundantia contemptus, ad iram hoc modo provocandam.

19. Si. Quo autem tempore decrevit Memucan decretum hoc, de vita ejus timuit, & dixit, Forte non faciet rex decretum hoc, quod a me decretum est, & judiciis malis [b] ea me judicabit, imeq; interficiet. Ego autem providebo quo ad regem Ahasuerum, ut non veniat Vashti coram illo. Et jurare faciam illum [c] juramento Persarum & Medorum, ab his enim illi metuunt. Idcirco dixit Memucan, Si regi placuerit, exeat verbum hoc e præsentia illius, & scribatur : & juret in decreto ejus [d] juramento Medorum & Persarum, ut non aboleat, ne veniat Vashti coram rege Ahasuero, & regnum ejus det rex vicinæ illius quæ illa melior est.

20. Et cum auditum fuerit. Et cum auditum fuerit negotium regis, quod [e] faciet in toto regno suo, est enim amplum, omnes fœminæ dabunt honorem maritis suis a maximis ad minimos.

21. Et placuit. Et bona fuit res in oculis regis & principum : & fecit rex juxta verba Memucanis.

22. Et misit epistolas in omnes provincias regis, in unamquamq; provinciam juxta scripturam illius, & ad populum unumquemq; juxta sermonem illius, ut

[a] *Chald.* כר *pro* כרן *jam.*

[b] *Sc. Vashti.*

[c] *Chald.* יתה *pro* יתית *eam, pro, eum.*

[d] *Chald. deest juramento, ut patet e prioribus.*

[e] *Forte est* יעבר *pro* יעבר *transire faciet.*

esset vir quisq; honoratus in domo sua, & juxta sermonem populi sui loqueretur.

Cap. II.

1. Post. Post hæc cum cessavit ira regis Ahasueri, misit & convocavit omnes magnates ejus, & dixit iis, Non sum ego iratus Vashti sed vobis iratus sum, & propterea quod cum ego verbum dixit in vino, vos ideo decrevistis ut ego interficerem Vashtin reginam, & nomen ejus e regno removerem, etiam vos interficiam nomen vestrum e regnis transire faciens. Et postquam interfecti sunt magnates [a] regis Vashtin commemorabo, & quid fecerit, & quid de ea decretum sit, quod indigna fuerit decreto mortis judiciali, sed superne accidit, ut finis fieret seminis Nebucadnezzaris regis Babelis.

2. Et dixerunt. Et dixere juvenes regis, principes, & ministri ejus, Quærant in regis usum virgines juvenes pulchras, visu elegantes.

3. Et constituat. Et præficiat rex principes, eosq fidos super unamquamq; provinciam regni sui, & congregent virgines omnes visu elegantes ad Susanem palatium in domum mulierum per manus Hegæ eunuchi regis custodis fœminarum, & dentur ornamenta earum.

4. Et puella. Et virgo quæ pulchra fuerit coram rege regnet vice Vashti: & placuit res regi, & sic fecit.

5. Vir. Vir Judæus fuit Susane palatio, cujus nomen fuit Mardochæus. [b] Et quare vocatur nomen ejus Judæus? Nisi quod timuit a peccato. De eo enim prophetavit David, & dixit, [c] Hodie mortuus est vir ex Israele. Quis autem est vir ille? Hic vir Mardochæus filius Jairi, filij Shimei, filij Shemidæ, filij Baanæ, filij Motsæ, filij Elæ, filij Michæ, filij Mephiboshethi, filij

[a] *i. Mei.*

[b] *Suspicor duo hic confusa esse, sc: vocatum esse Judæum quia religione talis fuit. Et virum, quia magni nominis fuit. Desunt hæc verba. Cur vocatus fuit vir? Sequitur responsio. Quia de eo &c.*

[c] *Alludit ad. 2 Sam. 3. 38. sed non eaden verbacitat. Sensus est, quod de Abnero Israelita dixit David, id de Mardochæo quoq; eum intendere, sc: Judæos vocari ambos quia a peccato timuere.*

filij Saulis, filij Cisri, filij Abielis, filij Tsuris, filij Becorathi, filij Aphiæ, filij Shecarimi, filij Uzziæ, filij Sheshachi, filij Michaelis, filij Elielis, filij Ammihudi, filij Shephatiæ, filij Pethuelis, filij Pithonis, filij Malichi, filij Jerubbaalis, filij Jeruchami, filij Hananiæ, filij Zibdij, filij Elpaelis, filij Shimrij, filij Zebadiæ, filij Rimothæ, filij Chustrimi, filij Shechoræ, filij Azzæ, filij Geræ, filij Belæ, filij Binjaminis. [a] Filius filij ejus primogeniti, cujus nomen vocatum fuit Israel. Et [b] quid vidit Mardochæus, ut filius Shimei appellaretur? Nisi quod malediceret Shemei Davidi [c] regi Israelis. Dixit enim Shimei Davidi, [d] Exi tibi vir impie & morte digne. Respondit Abishæus filius Tserviæ & dixit Davidi, Abeam, & auferam caput Shimei ab eo: Intellexit David per propheticam vim suam, & vidit Mardochæum ex eo originem ducturum. Quod cum vidit rex David, præcepit Solomoni filio suo, & dixit illi, Qua hora cessabit Shimei a generando filio, eum interfice, ut seculum futurum obtineat, & propterea quod veniet ex eo filius justus, cujus manibus fient signa, & magnalia Israeli in [e] terra captivitatis eorum. Est autem Mardochæus [f] myrrha pura, filius Jair, filij Shimei, filij Kishi, filij tribus Beniaminis. Meritus autem fuit Shimei ut judicialiter interficeretur, sicut scribitur in lege Mosis, [g] Judices veraces ignominia non afficies, neq; maledices principi in populo tuo. Cum autem ille Davidi regi Israelis maledixisset pepercit ei David, ut non occideretur, cum vidit ex eo originem ducturos [h] duos hos justos, a quibus Israelitæ essent redimendi.

6. Qui. Mardochæus & Esthera fuere ex Hierosolymis in ea captivitate quæ abducta fuit cum Jeconia rege tribus Judaicæ domus. Rediit autem & ascendit Mardochæus cum populo, qui sponte se offerebant, ut ascenderent & ædificarent domum sanctam secunda vice. Et cum iterum abduxit Nebucadnezzar rex Babelis

duabus

[a] *i. Mardochæus fuit filius Benjaminis, qui fuit Jacobi filius primogenitus nomen mutuati.*

[b] *i. Quæ causa fuit, ut Gen. 20. 10.*

[c] *Chald.* באַרבע *in quatuor pro* בארץ *in terra, ut patet fine hujus v. ubi ea phrasis est.*

[d] *2 Sam. 17. 7.*

[f] *Etymon vocis notat* מרדכי *dictum est* מרא *myrrha* חכא *pura.*

[g] *Exod. 22. 27.*

[h] *Mardochæum & Estheram.*

duabus vicibus, atq; etiam in terra filiorum captivitatis deduxit se ipsum signis & magnificis factis.

7. Et fuit. Et educavit Hadassam. Illa est Esthera. At nomen ejus fuit Hadassa, quasi [a] e Myrto. Certe quia suavis est odor Myrti in seculo, etiam ipsa Esthera similiter bona opera fecit in seculo. Illa erat Esthera, cujus opera erant nomini ejus correspondentia. Dicitur etiam nomen ejus Hadassa in lingua Hebraica. Et quare vocatur nomen illius Hadassa? Quia justi similes sunt Myrto, de qua prophetavit Esaias Procatavit, [b] *Loco sentis ascendet abies, & vice spinæ ascendet Myrtus.* Quid est sentis ille? vepris est. Pro vepri ascendet abies. Et vice Hamanis impii ascendet Mardochæus justus in [c] erectionem. Et spina est paliurus. Et pro paliuro ascendet Myrtus. Et vice Vashti regnabit Esthera. Et Estheræ causa captivus abductus fuit Mardochæus, quia dixit, Quid boni mihi in captivitate? Abibo & educabo Estheram, quæ est e terra Israelis. Vocatur nomen ejus Esthera juxta nomen Stellæ luciferi Græce [d] Esthera. Et Hadassa vocatur nomine justorum. Et sic dixit de Hanania, Mishaele, & Azaria. [e] Ille etiam est qui stat inter Myrtos captivitatis. Est autem abyssus illa in Babele. Sic enim scribitur, [f] Qui dicit [g] profundo, exiccare. Et Estheræ nomen vocatur Hadassa juxta nomen Myrti, quia sicut Myrtus non exarescit æstate aut hyeme, ita etiam justis est portio in hoc seculo, & in futuro. Hæc autem Esthera fuit filia fratris paterni Mardochæi. Hæc Esthera neq; in juventute, neq; in senectute ejus a bonis operibus cessavit. Neq; fuit ei pater aut mater. Et juventus ejus fuit pulchra visu & formosa & gratiosa aspectu. Et cum pater & mater ejus mortui fuere, eam in filiam suam accepit Mardochæus.

8. Et fuit. Et evenit cum audita fuere verba regis, & decretum ejus ut congregarentur virgines multæ in Susanem palatium in manus Hegæ eunuchi regis custodis mulierum. Et cum audivit Mardochæus virgines

[a] *Chald. enim* ד *significat ex & asa, myrtum.*

[b] *Esa. 55.13.*

[c] *i. honorem.*

[d] Ἀστὴρ *Græce stella quamvis alludit ad stellam veneris. Multa sunt talia in Rabbinis.*

[e] *Zech. 1. 8.*

[f] *Es. 44. 27.*

[g] *Targum in Es. 44. 27. de Babele.*

nes quæsitas esse, abstulit, & [a] abscondit Estheram a magnatibus regis Ahasueri qui exierunt ut quærerent virgines, ne venirent, & abducerent eam. Abscondit eam igitur in cubiculo, ut non viderent eam, qui a rege missi erant. Filiæ autem populorum aliorum cum præterirent missi, saltabant, & formas suas ostendebant e fenestris. Sic exiere missi a rege, & virgines multas adduxere e provinciis.

[a] Chald. כנשה pro משה

At qui missi erant a rege Estheram cognovere, & cum viderent Esteram non fuisse inter has virgines, dixerunt alter alteri, Frustra laboravimus in provinciis. Est nobis hic in provincia nostra puella quædam pulchra visu, & formosa, & gratiosa aspectu longe præ omnibus virginibus quas adduximus. Cum quæsita fuit Esthera, & non inventa fuit regem certiorem fecerunt. Et cum audivit hoc rex, scripsit in edicto, Omnes vigines, quæ e præsentia legatorum regiorum abscondergentur, uni decreto subjiciendas esse, sc: ut interficerentur. Et cum audivit Mardochæus mandatum regium, metuens Estheram produxit filiam fratris sui paterni in plateam, & adducta fuit Esthera in domum regis in manus Hegæ custodis mulierum.

9. Et bona fuit. Et pulchra fuit puella in oculis ejus, & reddita fuit ei misericordia coram eo, & acceleravit ornamenta ejus & portiones ut darentur ei, & septem puellas ejus, quas ei dare e domo regis æquum fuit. At portiones ejus quas Estheræ dederunt, dedit illa ori puellarum populorum aliorum quia non gustavit Esthera de vino e domo regis allato: & [b] transtulit eam & ancillas ejus in [c] melius præ omnibus mulieribus.

[b] *Hega sc.*
[c] *i. In locum meliorem. vid. text. Heb.*

10. Non. Non indicaverat Esthera populum suum neq; generationem suam, quia præceperat ei Mardochæus, ut non indicaret.

11. Et in omni. Et [d] quovis die Mardochæus ambulavit coram atrio domus mulierum, ut pacem Estheræ cognosceret, & quæ signa manibus ejus fierent.

[d] *Chald. in omni die & die.*

12. Et

12. Et cum appropinquaret. Et cum venit tempus puellæ cujusq; ingrediendi ad regem Ahasuerum, quia [a] fuerant ei juxta decretum fœminarum duodecim menses: sic enim impleti fuere dies mundationis earum, quia sex menses [b] oleo & myrrha condita fuit, & sex menses aromatibus, & ornamentis muliebribus.

[a] Chald. הורת pro הוו

[b] Vel oleo myrrhino, videtur n. deesse ו vel ר

13. Et cum hoc. Et cum hoc puella venit coram rege: quicquid dixit, datum fuit ei, ut veniret cum ea e domo mulierum ad domum regis.

14. Vesperi. Vesperi ingressa fuit, & mane rediit in domum mulierum secunda vice in manus Shaasgazi eunuchi regii custodis mulierum, & nomen ejus descriptum fuit: neq; ingressa est rursus ad regem, nisi regi in ea complacitum fuit, & nominatim vocata esset.

15. Et cum appropinquaret. Et cum advenit tempus Esteræ filiæ Abichaelis fratris paterni Mardochæi (quo eam sibi adduxerat, eamq; revera ut filiam suam educaverat) ut ingrederetur ad regem, neq; quæsiverat illa [c] rem ullam omnino, nisi quod Hega petiit eunuchus regis custos mulierum, retulit tamen gratiam & misericordiam coram omnibus qui eam videbant.

[c] מירן pro מירם

16. Et accepta fuit. Et adducta fuit Estera ad regem Ahasuerum in domum regni in palatium mense decimo, qui est mensis Decembris anno septimo regno ejus.

17. Et dilexit. Et amavit rex Esteram præ omnibus fœminis, & reportavit gratiam & misericordiam coram eo præ omnibus virginibus, & coronam regni capiti ejus imposuit, & vice Vashti eam regnare fecit.

18. Et fecit. Et instituit rex convivium magnum omnibus principibus ejus, & servis, convivium Esteræ. Et dixit ei, Indica mihi, quis sit populus tuus, & quæ sit generatio tua. Et dixit ea, Ego nescio populum meum aut generationem meam, quia dum ego puellula

fui,

sui, mortuus est pater meus, & mater, & me reliquere. Et cum audivit rex Ahasuerus verba ejus, rediit & remisit remissiones toti orbi, & dona provinciis dedit, quia cogitavit rex in corde suo, & dixit intra se, Benefaciam omnibus populis & regnis, quia populus Esteræ ex illis est.

19. Et cum congregarentur. Et cum congregatæ fuere virgines secunda vice, non congregatæ fuere virgines rursus propter Esteram, quæ sedit in palatio regis, & rex dilexit eam [a] præ omnibus fœminis, & coronam regni capiti ejus imposuerat. Quare igitur congregatæ sunt virgines illæ secunda vice? Quia dicebant principes regi, Quod si [b] cupias ut revelet tibi Estera populum & genus suum æmulatio erit inter fœminas alias, ideoq; [c] revelabit illa tibi populum, & genus suum, itaq; sic scribitur, Et cum congregarentur virgines secundo, Mardochæus sedebat in porta regis.

20. Non. Neq; indicaverat Estera populum aut genus suum, sicut præceperat ei Mardochæus. Atq; etiam cum congregarentur virgines, non revelavit: sed sicut jusserat eam Mardochæus, & juxta verbum ejus Estera fecit. Hæc Estera submissa fuit in juventute sua. Et cum regnum ingressa est, submisse venit. Idcirco dicit scriptura. Et juxta verbum Mardochæi Estera fecit quemadmodum cum ab eo educata fuit.

21. In diebus. In diebus illis cum Mardochæus sedebat in porta regis, iratus fuit Bigthana & Teresh duo eunuchi regis e custodibus vasorum. Et quæsiverunt extendere manus suas, ut regem Ahasuerum interficerent, & consilium invicem iniere ut serpentem basiliscum imponerent poculo aureo, in quo bibebat Ahasuerus, ut cum conaretur rex bibere in illo, darent ei, [d] & ostenderet serpentem, & eum interficeret.

22. Et cognita fuit. Cum sic indicata fuit res Mardochæo a spiritu sancto, abiit Mardochæus & Esteram

K reginam

[a] מטול *hic redundat.*

[b] *Chald.* בעוא *pro* בעא אנת

[c] *Metuens ne alia sibi præferatur.*

[d] *Ut poculum ostenderet basiliscum regi, cujus aspectu periret.*

reginam edocuit, & dixit illud Estera regi nomine Mardochæi.

23. Et inquisita fuit. Et perquisitum fuit negotium, & verum repertum fuit, & suspensi fuere duo illi super patibulum, & scriptum fuit in libro memoriali dierum coram rege.

Cap. III.

1. Post. Post has res extulit rex Ahasuerus Hamanem filium Hamadathæ Agagæum, filij Serachi, filij Buzæ, filij [a] Iphlotæ, filij Josephi, filij Josi, filij Padosi, filij Maadanis, filij Belacanis, filij Antimarosi, filij Herodis, filij Shegari, filij Negari, filij Parmashtæ, filij Vaizathæ, filij Amaleci, filij concubinæ Eliphazi primogeniti Esavi. Extulit eum inquam, & evexit eum, & solium ejus superne supra omnes principes & servos ejus posuit.

2. Et omnes servi. Et servi omnes regis, qui erant in porta domus regiæ incurvabant se, & Hamanem venerabantur, quia sic de ea præceperat rex. At Mardochæus non incurvabat se coram eo, neq; de pace ejus interrogabat.

3. Et dixerunt. Et dixerunt servi regis, qui fuere in porta domus regis, Mardochæo, Quam dignitatem habes tu præ nobis, ut nos incurvaremus nos, & veneraremur coram Hamane, & tu non incurvares te coram illo? Mandatum regium cur tu transgrederis? Respondit Mardochæus, & dixit illis, O stulti & vecordes, verbum unum a me audite; & dicite mihi similiter. Quid est filius hominis, ut eveheret se, aut exaltare, se natus e muliere, cum paucorum dierum sit, & in nativitate sua plorat, & lamentatur, & [b] dignitas ejus angustia est, & suspiria, & omnes dies pleni ira, & finis ejus ut in terram revertatur, ut ego eum colerem? Non

[a] *Philotæ, forte.*

[b] *Chald.* רבותי *dignitas mea, pro* רבותיה *dignitas ejus.*

Non, sed ego colo Deum magnum, & vivum, & stabilem, qui unus est, in cœlis, ille est ignis consumens, ignis angeli *ejus*, [a] ignis, qui brachio *ejus* terram suspendit, potentia *ejus* firmamentum extendit, pro voluntate *ejus* solem obtenebrat, pro beneplacito suo tenebras illuminat, sapientia sua mare fecit, arena [b] conclusit illud increpatione sua, posuit gustum aquarum *ejus* in sale, & [c] odorem fluctuum *ejus* in fermento, ligavit [d] latitudinem *ejus* in thesauris abyssi, ut non in terram habitabilem ascenderet, tumultuaatur, sed terminos *ejus* non transgreditur. Verbo *ejus* firmamentum creavit, & illud instar nubis extendit in aere pandens, ut caliginem super mundum obumbrans ut tabernaculum super faciem terræ portans vi sua superiora & inferiora. Currunt coram eo sol & luna; & Pleiades, & planetæ & signa cœlestia non cessant, hora una non quiescunt, sed coram eo currunt, ut [e] legati abeunt in dextram & sinistram, ut faciant voluntatem *ejus*, ut qui fecit ea, illi [f] conveniat ut laudemus, & incurvemus nos coram illo. Responderunt & dixerunt Mardochæo, Ecce etiam invenimus quod patres tui coram majoribus Hamanis se incurvarent. Respondit Mardochæus & dixit iis, Quis fuit ille, qui coram majoribus Hamanis se incurvavit? Dixerunt ei, Nonne incurvavit se Jacobus pater tuus coram Esavo fratre suo, qui fuit pater Hamanis? Dixit illis, Ego sum de semine Benjaminis. At cum incurvavit se Jacobus coram Esavo, Benjamin non fuit natus, neq; coram ullo incurvavit se a diebus suis, Idcirco custodivit eum [g] coram mundo in visceribus matris usq; dum ascenderent in terram Israelis, [h] ut ædificaretur Sanctuarium in terra *ejus*, & habitaret majestatica [i] Dei præsentia in terminis *ejus*, & omnes Israelitæ ibi lætarentur, & populi incurvarent se, & colerent in terra *ejus*. Idcirco nolo ego incurvare me aut Hamanem impium hostem hunc colere.

4. Et fuit. Et evenit cum eum quotidie alloquerentur,

[a] *Hic ignis redundat.*

[b] *Chald. sepsit.*

[c] *Forte* ריחא *pro* דיחא *& spiritum, &c. i. fluctus ejus extollit, sicut fermentum.*

[d] *Chald.* פתוור יה *pro* פתוונה

[e] *Chald.* איווגן *pro* אזגרין

[f] *Chald. pulchrum fit.*

[g] *Vel deest* מן *a coram mundo vel* קדם *est pro* רבון *Dominus mundi.*

[h] *Forte* ו *pro* ד

[i] *Chald. ejus.*

rentur,

rentur, neq; auscultavit iis, ut Hamanem edocuerint, ut viderent an stabiles essent res Mardochæi, quia se Judæum esse illis dixerat.

5. Et vidit Haman non velle Mardochæum incurvare se aut colere coram eo, & furore impletus fuit Haman in Mardochæum.

6. Et contempsit. Et leve videbatur in oculis ejus manum extendere in Mardochæum solum, quia ei indicaverant populum Mardochæi, ideoq; quæsivit Haman perdere omnes Judæos, qui erant in toto regno Ahasueri, populum Mardochæi.

7. In mense. Mense primo (is est mensis [a] Martius) anno duodecimo regis Ahasueri, sortes projecit ad perdendum populum sanctum. Cecidit [b] filia vocis e cœlo dicens, Ne metuite congregatio Israelis, quia si reversa sis per resipiscentiam, ipse erit [c] sors vice tua. Tunc incepit Shamshai scriba proijcere sortes, quæ jactæ fuere coram Hamane de die in diem. Incepit a primo die hebdomadæ, & adjutus non fuit, quia in eo creati fuere fuere cœli & terra. Neq; secundo die septimanæ [d] venit, propterea quod in eo creatum fuit firmamentum. Tertio die hebdomadæ non venit, quia in eo factus fuit hortus Edenis. Quarto die hebdomadæ non venit, quia in eo creati fuere sol, & luna & septem planetæ, & duodecim signa cœlestia. Quinto die septimanæ non venit, quia in eo creati fuere Leviathan, & Gallus silvestris, qui parantur congregationi Israelis in [e] nutrimentum diei magnæ. Sexto hebdomadæ non venit, quia in eo creati fuere [f] Adamus & Eva. Sabbato non venit, quia ipsum est fœdus inter verbum Dei, & populũ Israelis. Cessavit a diebus & incepit a mensibus. In Martio non venit propter puritatem Paschatis. In Aprili non venit, quia in eo descendit manna. In Maio non venit, quia in eo lex in Sina data fuit. In Junio non venit, quia in eo dirutus fuit murus Hierosolymarum, neq; conveniens fuit ut surgeret angustia duabus vicibus. In Julio non venit, quia in

[a] *Incipiens sc: ab æquinoctiali. Mart. 11. apud nos. Sic incipiunt sequentes menses a medio nostrorum.*

[b] *i. tonitru.*

[c] *Chald.* בתתובתא *pro* בתיובתא *i. sors perditionis a te in illum transferetur.*

[d] *Chald. in travit. i. non successit. Forte sortes illorum injectione fiebant, non extractione ut nostræ.*

[e] *Cum Judæorum Messias veniet. Vid. Bux. Syn. Judaic. c. 1. p. 29. c. 16. p. 366. c. 36. p. 536. &c.*

[f] רובית *hic redundat, & in priore defuit suo loco reposuimus.*

eo

eo cessavere mortui in deserto, & conversa fuit majestatica præsentia Domini mundi, & cum Mose locuta est. In Augusto non venit, quia in eo ascendit Moses in montem Sinæ ad accipiendũ duas alias tabulas. In Septembri non venit, quia in eo remissa fuere debita Israelitarum. In Octobri non venit, quia in eo descendit diluvium, & Noah & filii ejus & omnes qui cum eo, liberati fuere. In Novembri non venit, quia in eo jactum fuit fundamentũ domus Sanctæ. In Decembri non venit, quia in eo ascendit Nebucadnezzar impius contra Hierosolymas, & sufficiens fuit illa angustia. In Januario non venit, quia in eo est [a] principium mensium anni arboribus illis, e quibus primitiæ offeruntur. Cum venit ad finem duodecem mensium anni, qui est mensis Februarii, lætatus est; & dixit, Absorpti sunt manibus meis, sicut pisces maris. At nescivit filios Josephi assimilatos esse piscibus maris. Sic enim scribitur, Et [b] *sicut pisces maris in medio filiorum hominum super terram crescent.*

8. Et dixit. Tum dixit Haman regi Ahasuero, Est populus quidam Judæorum dispersus & vagus inter populos in omnibus provinciis regni, superbi, & [c] spiritus eorum excelsus, colligentes [d] interpretationes bonarum rerum, & [e] sedent lugentes in Junio & opera eorum ab omni populo differunt, & leges eorum ab omnibus provinciis, neq; in lege nostra ambulant, neq; in operibus nostris delectatur anima eorum, neq; opus regis faciunt. Et cum vident nos remotos in terra, nos quasi rem aliquam pollutam aspiciunt. Et cum nos eximus ad colloquendum, ut obediant servitio regis, quidam ex illis muros ascendunt, & parietes perrumpunt, & cubiculos ingrediuntur, & e foraminibus exeunt. Et cum nos currimus, ut eos apprehendamus convertunt se, & stant fulgur ex oculis suis emittentes, & dentibus suis frendentes, & pedibus suis conculcantes nosq; conturbantes, ita ut non possimus eos apprehendere. E filiabus ipsorum nos uxores

non

[a] *Vid. Buxt. Synag. Jud.* c. 12. p. 313.

[b] Gen. 48. 16.

[c] *Chald.* וכוחין *pro* דרחיהון

[d] *i. omina rerum futurarum.*

[e] *Videtur alludere ad Ezech.* 8. 14. *Ita igitur transtuli, nescio. n. quid sit* בחצבי.

non accipimus, neq; e [a] filiabus noſtris ſibi accipiunt. Et qui ducit aliquem ex illis ad faciendum opus regis, profert de illo die, Sabbatum eſt hodie, Paſcha eſt hodie. Et quo die a nobis emere volunt, dicunt nobis, Dies licitus eſt. At quo die nos ab illis emere vellemus cilicium contra nos ligant, & dicunt nobis, Dies vetitus eſt. Hora prima ajunt, [b] Audi nos legimus. Secunda dicunt, Preces proferimus. Tertia dicunt, Panem comedimus. Quarta dicunt, Deum qui in cœlis eſt, laudamus [c] qui dedit nobis panem & aquas. Quinta exeunt. Et ſexta redeunt. Et ſeptima exeunt in præſentiam eorum, & dicunt, Adduximus Gemaram, quia anguſtia eſt vobis in opere regis impli. Unum ſeptem dierum ſabbatum faciunt euntes in domum congregationis ſuæ, legentes in libris ſuis, & explicantes in prophetis ſuis & regi noſtro maledicentes, & principes noſtros [d] decerpentes, & dicentes, Hic eſt ille dies ſeptimus in quo quievit Deus magnus. Et immunditia menſtrualis [e] fœminarum ſeptem dies durat, tum exeunt media nocte uxores eorum, & aquas polluunt. Et die octavo abſcindunt præputium filiorum ſuorum, neq; iis parcunt, & dicunt, Ut ſimus diverſi a filiis populorum. Et triginta dies vocant menſem, & dicunt, unus defectivus eſt, alter plenus. In menſe Martio octo dies [f] bonos faciunt, & incendium faciunt & purgationem, & fermentum proturbant [g] præ azymo & dicunt, Hic eſt ille dies, quo liberati fuere patres noſtri ex Ægypto, eumq; diem Paſchatis vocant. In domum congregationis veniunt, legunt in libris ſuis, & interpretantur in prophetis ſuis, & regi noſtro maledicunt, & principes noſtros decerpunt, & dicunt, Sicut proturbatur fermentum præ infermentato, ſic regnum impiorum ab inter nos proturbatur, & ſic fiet nobis redemptio a rege hoc ſtolido. Menſe Maio duos dies bonos faciunt, & in domum congregationis ſuæ veniunt, legentes, Audi, & orantes & legentes in Lege eorum, & explicantes in prophe-

[a] בנתא pro בנתנא filiabus pro filiabus noſtris.

[b] i. Legimus partem cap. 6. Deut. incipientis v. 6. Audi Iſrael.

[c] Chald. די הב pro דיהב

[d] Maledictis ſc.

[e] Chald. earum.

[f] i. feſtos.

[g] i. ut ſuccedat infermentum loco ejus.

tis ſuis, regi noſtro maledicentes, & principes noſtros decerpentes, & diem illum diem interdicti vocantes. Et aſcendunt in tectum domus Dei ſui, & projiciunt [a] mala eaq; recolligunt, & dicunt, Sinæ collecta ſunt hæc poma, ita colligentur filii eorum ab inter nos.

Dicunt etiam, Hic eſt dies quo data fuit lex patribus noſtris in monte Sinæ. [b] Quotannis initium anni primo die Septembris proclamant, in domum congregationis ſuæ veniunt, in libris ſuis legunt, & in prophetis ſuis interpretantur, & regi noſtro maledicunt, & principes noſtros decerpunt, & tubis clangunt, & dicunt, Hic dies eſt [c] memorialis patrum noſtrorum coram patre noſtro qui eſt in cœlis. Memoriale quod nobis in bonum, hoſtibus noſtris in malum capitale cedat. Et cum ad nonum ejus menſis diem ventum eſt, occidunt animalia, & anſeres, & edunt, & bibunt, & in deliciis agunt ipſi, uxores eorum, filii & filiæ. Decimum in eo diem jejunium magnum vocant, & jejunant ipſi & uxores eorum, filii & filiæ, & parvulos ſuos affligunt, neq; illis parcunt, & dicunt, Hodie expiationem fecimus pro peccatis noſtris, & noſtrorum, & congregati ſunt & addita peccatis inimicorum noſtrorum. Et domum congregationis ſuæ ingrediuntur, & in libris ſuis legunt, & in prophetis ſuis interpretantur, regi noſtro maledicunt, & principes decerpunt, & dicunt, Sic abſtergetur regnum ſtulti hujus e ſeculo, & miſericordiam petunt & gratiam, ut rex moriatur, & potentia illius frangatur. Decimo quinto ejus menſis tuguriis tegunt tectum domuum ſuarum, & in hortos noſtros exeunt, & ſpatulas palmarum noſtrarum eripiunt, & arbores citreas noſtras amputant, & ſalices noſtras diffindunt. Sic hortos noſtros vaſtant, & ſepimenta noſtra eradicant, neq; parcunt, & faciunt ſibi [d] Hoſannas. Et dicunt, Juxta illud quod facit rex [e] cum conſiliariis ſuis nos facimus. Tunc incedunt in domum congregationis ſuæ, & in libris ſuis legunt, & orant,

[a] *Chald. ſphæras malorum.*

[b] *Chald. Tempori in tempore.*

[c] *Chald. ob memoriam.*

[d] *i. faſciculos ſalicum quos circumgeſtantes cantant Hoſanna, Salva nos. Vid. Bux. brev. in* הר

[e] *Chald.* בכזסרני *pro* בכוסרדי *Vid. Bux. Jun. Dict. Chald. Syr. in* נסר

orant, & lætantur, & redeunt cum [a] Hosanna, & saltant, & subsiliunt sicut hœdi. Nos autem nescimus an maledicendo maledicant nobis, an benedicendo nobis benedicant.

[a] i. clamat ita in reditu.

Et illud vocant festum Tabernaculorũ. Neq; opus regis faciunt sed dicunt, Dies prohibitus est. Sic exire faciunt annum cum, [b] Sabbatum est hodie, Pascha est hodie, neq; in eo opus regis faciunt. Annum quinquagesimum Jubilæum vocant, septem annos vocant Septimanam, duodecem menses annum appellant, triginta dies vocant mensem, & diem festum celebrant. [c] Septimum diem vocant [d] sabbatum, & faciunt eum diem festum quietis. Domine rex, cum stabile fuit super eos regnum eorum, surrexit ex illis quidam, David nomine, cogitationes malas in nos excogitans, & conatus fuit vastare nos, & e mundo perdere. Occidit nos duos saginatos & unum dimisit, & quem dimisit, in servitutem reliquit. Sic enim scribitur, [e] *Et linea eos mensuravit illos in humum projiciendo.* Et postea surrexit rex quidam e regibus qui ante te fuerunt, cujus nomen fuit Nebucadnezzar, ascendit contra eos, & sanctuarium eorum vastavit, & civitatem eorum spoliavit, eosq, in captivitatem duxit. Hucusq; tamen elatus est spiritus eorum, neq; superbiam suam reliquerunt.

[b] i. sic dicunt, ut in otio vivant.

[c] Vel, septem dies.

[d] Vel septimanam, & faciunt in ea.

[e] 2 Sam. 8. 2.

Et dicunt, Filii patrum sumus nos, qui a mundo condito regem nullum coluimus aut venerati sumus, neq; principibus obedientes fuimus. Et in omnia loca epistolæ eorum abeunt & veniunt ad petendum misericordias coram Deo, ut moriatur rex, & principes decerpunt, quod nos nescimus. Cum in Ægyptum descenderunt patres eorum, non nisi cum septuaginta animabus illuc descenderunt. Et cum inde ascenderunt, cum sexaginta myriadibus ascenderunt.

Et jam cum [f] sunt in captivitate, non est illis quicquam, dicunt tamen, Filii sanctorum & bonorum sumus, qui a mundo condito fuere, cum non sint in toto mundo pauperes & indigentes sicut illi. Et popu-

[f] Chald. ראיתנו *pro* ראיתהון

vendant ceram, & ex iis sunt principes. Omnia quæ vendunt, fœnore vendunt neq; cum æquitate vendunt neq; decretum regis faciunt, neq; æquum est, ut rex eos confirmet.

9. Si. Si regi placuerit, scribatur ut perdantur, & pro singulis eorum dabo tibi centum drachmas, quia numerus patrum eorum cum ex Ægypto exiere, fuit sexcenta millia hominum, & summa sexcentarum drachmarum est decem mille talenta argenti. Tantummodo [a] stylus detur mihi & pecunia tradetur in manus eorum qui pecuniam cudant, ut in thesaurariũ regis adducant. Respondit Dominus mundi, & sic dixit, Ecce olim dederunt Siclum pro capite, cum ex Ægypto Israelitæ exiere, fuit enim summa siclorum centum talenta, mille sc: & septinginta, & septuaginta & septem sicli. Neq; tibi licitum est emere eos, neq; Ahasuero vendere.

10. Et amovit. Et transire fecit rex annulum ejus a manu ejus, & Hamani eum dedit filio Hamdathæ Agagæo oppressori Judæorum.

11. Et dixit. Et dixit rex Hamani, Pecunia tua datur tibi, & populus, ut de eo facias quod [b] tibi visum fuerit. Tu autem O rex Ahasuere non fecisti sicut emptor neq; sicut venditor. Emptor dat aurum [c] nostrum, & venditor aurum nostrum accepit Tu neq; emptor es, neq; venditor. Dedisti enim annulum tuum Hamani, & dixisti ei, Pecunia tua tibi datur, & populus, ut de eo disponas, ut tibi placuerit. Super te confirmatur scriptura, ubi scribitur, [d] *Monile aureum in naribus porci.* Sicut non conveniunt porcis monilia, sic nec tibi convenit regnum, sed tu similis es mulieri pulchræ & sapore fœtidæ.

12. Et vocati fuere. Et convocati fuere scribæ regis in mense primo, decimo tertio die ejus, qui est mensis Martij, & scriptum fuit quicquid jussit Haman ad honoratos a rege, & principes illius, qui fuere in singulis provinciis & ad proceres populi uniuscujusq;

[a] *Vel, calamus.*

[b] *Chal. in oculis ejus pro, tuis ut postea in hoc v. patet.*

[c] *i. quo venditi sumus.*

[d] Prov. 11. 22.

provinciæ unicuiq; juxta scripturam ejus, & populo cuiq; juxta sermonem ejus nomine regis Ahasueri scriptum fuit, & annulo regio obsignatum.

13. Et missæ fecerunt. Er missæ erant literæ manibus cursorum in omnes provincias regis ad vastandum occidendum & perdendum omnes Judæos tam infantes quam senes, pueros & fæminas uno die, decimo tertio *sc:* die mensis duodecimi qui est mensis Februarii, & ut domos eorum spoliarent.

14. Exemplar. Et explicata fuit scriptura & res occulte tradita singulis provinciis, revelatum fuit omnibus populis, ut parati essent facientes diem hoc juxta hæc omnia : ut tu scias [a] æquitatem divinam non cessare venite, videte, quia fratres Josephi vendiderunt eum in terram peregrinam, [b] nepotes eorum venditi sunt in terram peregrinam. Benjaminis autem non consociavit se fratribus suis, idcirco exierunt e nepotibus illius redemptores Israelis, Mardochæus sc: & Esthera.

15. Cursores. Cursores exierunt expulsi, & depulsi verbo regis, & exemplar explicatum fuit Susane palatio. Rex interim & Haman sederunt ad comedendum, & bibendum, urbs autem Susanis flebat.

[a] *Chald. mensuram non cessantem. Sed est* בטל *pro* בטלא

[b] *Chald. filii filiorum.*

Cap. IV.

1. ET Mardochæus. Mardochæus vero justus vidit per spiritum Sanctum totum quod factum fuit. *Misit rex ad templum* [c] *ejus per* manum servorum suorum justorum ad Haggæum, Zechariam, & Malachiam, qui in cubiculo polito sedebant, ibiq; prophetabant juxta murum magnum Hierosol. Et postquam [d] edificatæ essent in eo septuaginta duæ turres, misit rex Ahasuerus impius, & adduxit centum viginti septem scribas e centum viginti septem provinciis. Unusquisq; habuit

[c] *Dei sc: vel Spiritus sancti nuper memorati.*

[d] *Chald.* אתפניאו *pro* אתפניאר

habuit volumen ejus, & atramentarium in manu sua. Et sedebant in portis Susanis, & scripsere & misere decreta dura contra Judæos & leges eorum. Et epistolam primam nomine regis scripsere, & sigillo regio obsignavere, & per manum cursorum misere eam: sic autem epistola scriptum fuit (inter paganos interim [a] Psallebant illi.) Quod a me rege [b] Ahasuero omnibus populis & nationibus, & linguis, qui in toto orbe habitant, pax vestra multiplicetur. Notum vobis facimus venisse ad nos virum quendam, non e loco nostro, neq; e provinciis nostris existentem. Venisse autem ut nobis se conjungeret, & hostes nostros superaret. Inquisivimus de eo, & nomen ejus est Haman filius Agagi regis, filii Amalechi magni, filii Revelis, filii Eliphazi primogeniti Esavi, filii principum, & dominorum [c] divitum, & pascuis abundantium. Petiit autem a me petitionem parvam & levem. Et indicavit mihi de Judæis, & de rebus eorum, & legibus, & quod recta non sint. Dixit mihi etiam, Cum ex Ægypto exiere sexaginta myriades hominum fuere, & ego dabo tibi sexaginta myriadas librarum argentearum, pro unoquoq; viro libram unam. Sic populum hunc vendidi illi, ut *eum* occideret. Jam ego rex Ahasuerus valde lætus sum, & sententia mea mihi placet, pecuniamq; ab eo accepi, & populum ei vendidi, ut occideretur. Nunc *igitur* edite & bibite, & lætamini, sicut ego edo, bibo, hilaris sum. Qui arcum apprehendere solet, arcum apprehendat. Qui gladium prehendere solet, gladium accipiat. Exite & dominamini in eos die decimo quarto, & decimo quinto mensis Februarii hujus anni Nolite autem parcere neq; regibus eorum, neq; principibus eorum, neq; magnis inter eos, neq; parvulis, sed interficite illos, & thesauros eorum diripite unusquisq; in usum proprium. A me enim rege Ahasuero *decretum est* de omnibus populis, nationibus & linguis uniuscujusq; loci, provinciæ, tribus, familiæ, civitatis,

[a] *Chald.* בגמי *pro* מנגני *Respondet c* 3. *v.* 15. *nisi tota hæc parenthesis sit superfluad ut vult* Bux. *Jun. in dict.* Chald. *Syr. in voce* פגן

[b] ד *in Chald. redundat.*

[c] *Chald. facultatum.*

 ubi

ubi reperiatur servus Judæus aut ancilla Judaica, ut interficiantur principes eorum ad portas urbis illius, qui decretum regis non acceperunt, volo enim ego Ahasuerus, ut non inveniatur Judæus in ulla regione regni mei.

Cum autem vidit Mardochæus justus decretum, quod determinatum fuit, & quod epistola sigillata fuit, vestimentum suum ab anteriore & posteriore parte illius dilaceravit, & se sacco texit, & cinere se aspersit, & vocem suam extulit, & dixit, væ, quam magnum est decretum hoc, quod contra nos determinatum est, quod rex & Haman decrevere ? Non contra dimidium decrevere, & dimidium dimisere, neq; contra partem tertiam, aut quartam, sed contra corpora nostra omnia universa, decrevere *inquam* contra nos. Quia rex & Haman determinarunt evellere & vastare nos radicitus. Et cum videre Israelitæ Mardochæum justum, qui magnus fuit & æstimatus apud eos, congregati sunt omnes & ad eum venerunt, usq; dum fuit congregatio magna, & populus valde multus, qui numerari non potuit.

Stetit Mardochæus super pedibus suis in medio turbæ, respondit, & sic dixit iis, Popule Israelitice, popule dilecte, & pretiose, qui dilectus & pretiosus est coram patre suo cæ'esti, nescitis vos quid accideret, & non audivistis, quid determinaverit contra nos rex, & Haman ad perdendum nos a super facie terræ, & ad vastandum nos a sub cælo. Non est nobis rex cui innitamur, neq; propheta, qui misericordias nobis petat. Non est nobis locus refugii, neq; provincia in qua liberemur. In unoquoq; loco scriptum est contra nos, & in singulas provincias contra nos missum est. Sumus sicut ovis, cui nullus est pastor, & sicut navis in mari, cui nullus est ductor. Sumus etiam ut orphani, quibus non est pater, & quorum mater dum illi sugant, mortua est. Ea hora arcam ad portas Susanis eduxere, & librum legis super eam eduxere sacco involutum, &

cinere

cinere aspersum, & legebant in eo, [a] *Cum in angustia eris, & reperient te* &c. Quia Jehovah Deus tuus Deus misericors est. Stetit Mardochæus super pedibus suis in medio turbæ, respondit, & sic dixit, Popule Israelitice, popule dilecte, & honorate, qui delectus *est*, & honoratus coram Deo suo, Surgamus & intueamur homines Ninives cum missus fuit ad eos Jonah filius Amittæ propheta, ut subverteretur urbs Nineves, & res ad regem Ninives pervenit, surrexit e solio suo glorioso, & coronam regni a se amovit, & se cilicio texit, & cinere aspersit, & proclamationem fecit in Ninive, & edixit e decreto regis & magnatum ejus dicendo, Homines & jumenta, boves & oves ne exeant ad pascendum, neq; aquas bibant, sed a viis eorum malis redeant, & a præda quæ est in manibus eorum, & reversus est Dominus per verbum suum a malo, quod cogitavit in illos infligere, & non fecit. Nos etiam faciamus sicut illi, & jejunium decernamus, & afflictionis diem proclamemus, quia ab Hierosolymis abducti simus. Cum [b] rei pronunciati fuere [c] hostes Israelitarum, venit tonitru & clamavit ad [d] Nebucadnezzarem regem Babelis, & dixit ei, O rex Nebuchadnezzar Chaldææ surge & ascende contra Hierosol. eamq; vastato, & comburito Sanctuarium igne.

Ea hora Nebuchadnezzar impius caput suum movit afferens & adducens manu sua, priusquam novit quid evenit in fine castrorum Sancheribi, cum in eos emissus fuit angelus e cælis supernis, qui ex iis interfecit octodecim myriadas, & quinq; millia. Non fuit relictus in exercitu Sancheribi nisi ipse solus. Tum scidit Mardochæus vestes ejus, & cilicium induit, & in pulvere sedit, & cinere se conspersit, & incæpit lachrymas emittere, & sic dixit in initio fletus *sui*, Perditio vobis *imminet* O domus Israelis propter hoc decretum judiciale, quod contra vos exiit. Et exivit in mediam urbem, & fletu magno, & valde amaro flevit.

[a] Deut. 4. 30, 31.

[b] *Chald.* אתחויב *pro* אתחויבו

[c] *Forte intendit malos Israelitas qui causa fuere exitii eorum. Nisi sit* שנניהון *pro* שביהון *ut prius notatum.*

[d] *Chald.* להין *pro* לוה

2. Et venit. Et coram palatio regio ob decretum quo determinatum fuit, ut non veniret quis ad portam domus regiæ vestimento cilicino indutus. Abiit vir quidam Israeliticus [a] ad hominem Ethnicum, & dixit ei oro te, simus ego & filii mei, & uxor mea tibi in servos, tantummodo ab hac occisione liberemur. Dixit vir ethnicus filio Israelis, *An* non vidisti, quid scriptum sit in edicto quod extendit rex Ahasuerus, ut omnis homo gentilis apud quem repertus esset vir Judæus occideretur sicut ille. Tunc abiit vir Israeliticus in domum suam in angustia magna. Ea hora confirmatum fuit super Israelitas, quod in libro Mosis scribitur, [b] *Et ibi venditi eritis hostibus vestris in servos & ancillas, neq; erit qui emat.* Et singulis diebus vir unusquisq; abiit, & legit in edicto, quod promulgavit rex Ahasuerus, & inde noverunt quæ quies illis in mundo futura esset.

[a] *Chald. deest hominem, ut patet e seq;*

[b] Deut. 28. 68.

Sic confirmatum fuit super domum Israelis quod scriptum est in lege Mosis, [c] *Et erit vita vestra suspensa tibi coram te, & contremiscetis die & nocte neq; de vita vestra certi eritis.* Mane dices, Ecquando erit vesper : & vesperi dices Ecquando erit mane ob commotionem cordis vestri quo terremini, & ob aspectum oculorum vestrorum, quem aspicietis.

[c] Deut. 28. 66.

3. Et in omni. Et in singulis provinciis & locis, ubi venit verbum & decretum regis fletus vehemens fuit Judæis, & jejunium, & ploratus, & luctus, & planctus ; & cilicium & cinis *fuit* lectus multorum.

4. Et venerunt. Venere autem puellæ Estheræ, & Eunuchi ejus, eiq; indicarunt, & commota valde fuit regina, & misit vestes ad vestiendum Mardochæum, & ut amoveret a se cilicium, at *ille eas* non recepit.

5. Et vocavit. Tum vocavit Esthera Hathacum ex Eunuchis regis, qui coram ea stetit, & eum ad Mardochæum cum mandatis misit, ut sciret propter quod [d] hoc & illud factum fuit.

[d] *Cinis & saccus indutus.*

6. Et

6. Et exivit. Tunc exiit Hathacus ad Mardochæum in plateas urbis, quæ fuere coram porta domus regis.

7. Et nunciavit. Et indicavit ei Mardochæus omnia quæ ei acciderant, & summam argenti, quam dixit Haman se pensurum domui thesaurariæ regis propter Judæos, ut illos perderet.

8. Et. Nec non scripti exemplar & edicti, quod Susane promulgaverat ad vastandum eos dedit ei, ut ostenderet, & significaret, & præciperet ei, ut ad regem introiret, ut [a] ab eo gratiam postularet, & coram eo propter populum suum intercederet.

[a] Chald. ab ea. non recte.

9. Et venit. Venit autem Hathacus, & Esthera verba Mardochæi indicavit.

10. Et dixit. Tunc Hathaco dixit Esthera, [b] eum ad Mardochæum remisit cum mandatis.

[b] In Chald. deest ה

11. Omnes. Servi regis universi, & populi qui sunt in provinciis regis sciunt, quod vir quisq; aut fœmina qui ad regem introiverit in palatium interius non vocatus unicum esse decretum de eo ut occidatur, nisi extendat ei rex sceptrum aureum ut vivat. Ego autem en triginta dies in orationibus sum, ut rex me non appetat, ut me peccare non faciat. Cum autem apud te educata fuerim, dixisti mihi, quod quæcunq; fœmina e filiabus Israelis [c] abeat & concumbat cum ethnico [d] sponte, non est ei portio aut possessio inter tribus Israelis. Et quia missus fuit Hathacus inter Estheram & Mardochæum, vehemens fuit ira Hamanis, qui & eum interfecit.

[c] Chald. concumbat, non ponitur suo loco.
[d] Chald. e desiderio animæ suæ.

12. Et nuntiarunt. Et significarunt Mardochæo in scriptis verba Estheræ.

13. Et dixit. Et edixit Mardochæus ut sententiam Esthera referrent, Ne forte cogites in anima tua, & dicas, Ego præparata sui in regnum ut essem regina, & ne forte putes in corde tuo, & dicas: Non est mihi opus misericordias petere propter domum Israelis *scias*. quod si pes unius e Judæis frangatur, non potes de te-

ipsa cogitare te saluam fore in domo regia præ omnibus Judæis ab ira. Saul pater patris tui occasio fuit horum malorum Israelitis. Qui si implesset, quicquid ei precepit Samuel propheta, non exiisset contra nos Haman impius e semine domus Amalechi. Si enim occidisset Saul Agagæum regem, non exiisset in nos filius hic Hamdathæ, neq; [a] emisset nos decim mille talentis argenteis e manibus regis Ahasueri. Neq; tradidisset Sanctus benedictus Deus Israelem in manus [b] duorum malorum.

[a] *Chald.* זבין *vendisset, pro* זבן *emisset.*
[b] *Ahasueri & Hamanis.*

Quia ab initio non venit in Israelitas nisi Amalechus pater patris Hamanis impii, qui bellum miscuit cum Jehoshua filio Nunis in Rephidimis, & oratione quam fecit Moses doctor noster, deleta fuit memoria Amalechi de mundo. Surge autem & misericordiam pete a patre tuo qui est in cælis propter populum Israeliticum, ut qui judicium exercuit in prædecessores, ipse in successores judicium exerceat. Quo fortior est Haman impius, aut cujusnam decreto stabilius est ipsius peccatū? Num Amalecho patre patris hujus fortior est qui venit contra Israelitas. At expulit eum Sanctus benedictus Deus e mundo. Quonam ipse est fortior? Num triginta & uno regibus [c] fortior est ille qui contra domum Israelis venere? Et exivit in eos Joshua filius Nunis juxta verbum [d] Dei eosq; interfecit. Quo fortior est ille? Num Sisera fortior est qui venit contra Israelitas nongintis curribus ferreis, & ciuasit illos contra cisterna sicut aquæ, ut non tingerent se neq; accederent fœminæ ad maritos suos, neq; crescerent, aut multiplicarentur in mundo? At eum sanctus benedictus Deus in manum mulieris, quæ eum interfecit. Quo fortior est Haman impius? Num fortior est [e] Goliah qui venit & dedecore affecit arces bellicas Israelis? traditus autem fuit in manum Davidis qui eum interfecit. Quo fortior est ille? Num fortior est filiis Gigantis qui venere, & bellum miscuere cum Israelitis.

[c] *Chald. cæli.*
[d] *Sicut truebantur facere quam quando erant polluti.*
[e] *Chald.* בנהא הערפה *pro* בנוי דהרפא *vid. text.* 2 *Sam.* 21. *&* 1 *Chr.* 20.

Tradi-

Traditi autem fuere in manum Davidis & servorum ejus, qui eos interfecerunt. Quare ne cesses ore tuo ab oratione, aut labiis tuis a petendo misericordiam a creatore tuo, & a precando ut propter justitiam patrum nostrorum liberentur Israelitæ ab internecione. Et *ut* qui fecit signa Israelitis omni tempore, ipse tradat hostes nostros in manus nostras *ut agamus* cum iis juxta voluntatem animarum nostrarum. Verum ne cogites in anima tua c Estera te liberatam fore in domo regis præ omnibus Judæis.

14. Nam. At si cessando cesses hoc tempore, sanctus & liberator Judæorum pullulare faciet iis redemptionem e loco alio: tu autem & domus patris tui peribitis. Et quis novit an forte ut [a] expiares peccata domus patris tui, ad regnum appropinquaveris?

15. Et dixit. Dixit autem Estera ut scripto responsionem Mardochæo referrent.

16. Abi vade, congrega Judæos, qui reperti sunt in Susane, & jejunate propter me neq; edite aut bibite tribus diebus [b] die & nocte. Ego etiam & puellæ meæ jejunabimus sicut illi, & tum ad regem introibo injussa. Sin ex hoc mundo peream propter vos, est mihi portio in mundo futuro. Hucusq; enim abii ad regem præter voluntatem meam, nunc autem sponte. Filia autem Israelis quæ coacta est ab [c] ethnico, virum suum dimittere debet.

Sed & exeat sponsus e dormitorio suo sacco ligatus, & sponsa e thalamo suo capite suo cinere asperso: homines quoq; & jumenta, & boves & oves nihil gustent, & sugentes ab uberibus matrum suarum segregent. Ea hora inquisiverunt in congregatione, & invenerunt in ea duodecem mille sacerdotes selectos, & tenebant tubas in dextris suis, & legem in sinistris flentes & respondentes, & sic dicentes versus excelsum, Deum Israelis, Et legem quam dedisti nobis. Ecce populum dilectum cessantem e mundo.

Quis stabit & leget in ea & nomen tuum commemorat?

[a] *Chald.* דתסכי pro דתחסן

[b] *Chald.* דיומא *pro* ויומא *vel est pro* ותלתא *& tribus noctibus.*

[c] *Chald. filio populorum.*

Sol & luna lumine eorum obfuscabuntur, neq; lucebunt, non enim ecce creata sunt, nisi propter populum tuum Israelem. Ceciderunt autem super facies suas, & dicebant, Responde nobis pater noster, responde nobis, responde nobis, rex noster responde nobis. Et tubæ clangebant cum iis, & populus respondebat post illos, usq; dum fleverint exercitus cæli, & commovebantur patres e sepulchris eorum.

17. Et transivit. Et transivit Mardochæus, & fecit, quod ei præceperat Esthera.

Cap. V.

1. ET fuit. Fuit autem die tertio, cum jejunasset Esthera tria jejunia unum post alterum, surrexit e pulvere, & e cinere incurvata statura ejus, non autem extensa, & ornamento suo ornata fuit eo quo solitæ sunt ornari reginæ. Induit vestimentum suum regale ornatum auro bono Ophiris. Ea erat armilla, *sive* torques optime notæ quæ instructa fuit lapidibus pretiosis, & gemmis, quam e provincia Africana adduxere. Et imposuit capiti *suo* coronam pretiosam auream, & pedibus suis induit calceos auri optimi. Et postea Esthera in precatione sua oravit, & sic dixit, Tu es Deus magnus Abrahami, Isaaci & Jacobi, & Deus Benjaminis patris mei. Non quod ego bona sum coram te, ingredior ego coram rege hoc stulto, sed propter populum tuum domum Israelis, ut non pereant e mundo, quia propter Israelem totum mundum creavisti. Si igitur Israel e mundo pereat, quis dicet coram te Sanctus, Sanctus, Sanctus quotidie tribus vicibus? Quomodo servasti Hananiam, Mishaelem, & Azariam e fornace ignis comburentis, & Danielem ex antro leonum, sic libera tu me e manibus regis hujus stulti, & retribue mihi gratiam & favorem in oculis ejus.

Verba

Verba *sua* non sine lachrymis protulit Esthera, & cum deprecationibus orationem *suam* disposuit, Obsecro te, qui orantes audis, audi preces meas hoc tempore, qui exules nos fecisti, & nos e terra nostra expulisti, & propter peccata nostra tradidisti nos, ut in nobis confirmetur verbum, quod scribitur, [a] *Et venditi eritis illic hostibus vestris in servos & ancillas, neq; est qui emat*. Et exiit decretum ad interficiendum, & nos omnes traditi sumus in desolationem, in occisionem, & vastationem plenam similiter. Semen Abrahæ amicti sunt ciliciis & cinere projecto super capita eorum. Si peccaverint patres, quid peccavere filii? Si [b] vastati fuerint e confitentibus coram te pueri, si peccaverint, & te irritaverint, quid fecere ubera sugentes? Habitatores Hierosol. remoti sunt ex urbibus eorum, quorum filios tradidisti, ut interficiantur. [c] Sicut nubes cœlitu transire facis nos.

Quam leves sunt dies gaudii nostri. Hamani impio tradidisti nos, & hostibus nostris interficiendos. Recordabor ego coram te opera amicorum tuorum. Ab Abrahamo initium orationis accipiam. Tentasti eum omnibus tentationibus. Explorasti eum, & repertus fuit fidelis. Tu qui suffulcis, & sustentas filios dilecto ejus, ut eos introducas in sigillum fœderis. Afflictionem nostram ab Hamane require, & vindictam nostram a filio Hamadathæ, ulciscere ab eo manibus populi tui Israelis, qui nos pariter perdere contendit. [d] Dixit se velle obruere populum tuum. Fuit *ille* in angustiam illis in omnibus locis eorum. Fœdus æternum nobiscum pepigisti; Ligatio Isaaci extollat nos. Projecit Haman pecuniam regi, ut nos emeret decem mille talentis argenteis. Audi vocem nostram, & responde nobis, & nos ex angustia in locum amplum educito. Fortes confringe, Hamanem confringito, neq; sit expectatio [e] ejus in dejectionem meam.

Tunc extulit Esthera vocem *suam*, & clamore magno clamavit, & ejulatu amaro ejulavit. Flens & cum lachrymis

[a] Deut. 28. 68.

[b] *Chald.* נשתיצי *pro* נשתציאר

[c] *Chald.* ב *pro* כ

[d] *Chald.* רחשניק *pro* רשניק

[e] *In Chald. deest* ר *ante* ת

chrymis verba sua protulit, & cum deprecationibus orationem suam disposuit. Guttur ejus [a] ardebat præ clamore oris sui, & oculi ejus lachrymis ejus obcæcati sunt. Cogitavit Esthera in corde suo & dixit, Ne forte veniam coram rege, & ei acceptabilis non sim. En ego venio coram rege, ut petam misericordiam hæreditati meæ, & angelus misericordiæ ante me eat & gratia mecum ingreditur, & misericordia. Justitia Abrahami coram me introeat. Ligatio Isaaci me evehat, & gratia Jacobi ori meo data sit, & favor Josephi super linguam meam. Beatus est homo qui confidit in eo, neq; confundetur ullus qui in eum fidit. Dextram ejus & sinistram extendit mihi [b] Dominus eorum creator mundi universi. Israelitæ omnes misericordiam mihi petite quia vobis ego misericordiam peto, quia quandocunq; gratiam obtinet homo coram Sancto benedicto Deo, auditur oratio ejus in tempore angustiæ suæ.

[a] *In Chald.* איתחר *pro* איתחרר

[b] *Chald.* דבהון *forte pro* דבהון *quibuscum.*

Videamus ut faciamus juxta opera patrum nostrorum, & agamus ut illi, & ipse petitionem nostram nobis concedet. Manus sinistra Abrahami capillos Isaaci apprehendit, & dextra ejus cultrum. Fecit sponte beneplacitum verbi tui, & nihil omisset de mandato tuo. Aperuit firmamentũ [c] fenestras plurimas, ut locum daret angelis supernis amare clamantibus & sic dicentibus. Perditio mundo imminet si sic fiat. Ego clamo coram te, responde mihi, qui tu soles respondere cuicunq; quem opprimit *homo*, & quem angustia afficiunt, & tu vides angustiam animæ. Appellaris misericors & gratiosus, tardus ad iram, & multus ad exercendam benignitatem & veritatem remittens iniquitatem & peccata, custodiens fœdus & misericordiam amicis suis, & præcepta ejus observantibus in mille generationes. Atq; etiam a patribus nostris misericors vocatus es. Hoc est fœdus illud quod cum iis pepigisti.

[c] *Chald. fenestras, fenestras. Ut Gen. 14. 10. puteos puteos.*

Audivi oppressionem, & flevi, & sedi sicut mulier super sellam parturientium audi vocem nostram, & responde

nobis,

nobis, & nos ex angustia in locum amplum educito. Tria jejunia coram te jejunavi. Quid possim vestra facere? Domine totius mundi potuissem jejunare quatuor aut quinq; dies, sed tres jejunavi respectu trium dierum, quibus ivit Abrahamus ad ligandum filium suum super altare coram te.

Et fœdus cum eo pepigisti, & dixisti ei, quod quandocunq; in necessitate invenerint filii tui, recordabor illis ligationem Isaaci patris eorum, & [a] liberabo illos. Rursus tres dies jejunavi tres illos quibus steter e sacerdotes, Levitæ & Israelita in radicibus *montis* Sinæ, & dixerunt, [b] *Quicquid dixerit Domini, faciemus & auscultabimus*, [c] *& nos ex hac angustia liberato*. Tum respondit Esthera & dixit, O Deus Domine exercituum explorator cordium & renum, memor esto hac hora justitiæ Abrahami, Isaaci & Jacobi, & a petitione mea ne avertas te, & a postulationi mea *concedenda* ne moreris.

[a] *Chald.* פררק *pro* ארוק

[b] Deut. 5.27

[c] *Chald.* יתרן *pro* יתנא

Et induit. Et vestimentum suum regali induit, & stetit in porta domus regiæ *in* atrio interiore ex adverso domus regiæ, & rex sedebat super solium ejus regale in domo regni ex opposito portæ domus regis.

2. Et fuit. Et evenit, cum vidit rex Estheram reginam stantem in atrio, ut inveniret gratiam, & misericordiam coram eo. Surrexerunt autem speculatores regii, ut adducerent Estheram ut interficeretur. At extendit rex Estheræ sceptrum aureum quod fuit in manu ejus. Et appropinquavit Esthera, & ad culmen sceptri pervenit.

3. Et dixit. Tum dixit ei rex, quid tibi *deest* O Esthera regina, & quæ est petitio tua, quia a dimidio regni dabo tibi.

4. Et dixit. Cum autem audivit Esthera verba hæc, terrefacta fuit Esthera; & dixit, Nil ego a te peto, nisi *ut* si regi placuerit, veniat rex & Haman hodie ad convivium, quod illi paravi.

5. Et

5. Et dixit. Tum dixit rex, vocate Hamanem, ut faciat [a] quod Esthera requirit. Sic venit rex & Haman ad convivium, quod fecit Esthera.

[a] *Chald. verbum Estheræ.*

6. Et dixit. Dixit autem rex Estheræ in convivio vini, quæ est petitio tua O Esthera regina, & dabo tibi: & quæ est postulatio tua, ut si a dimidio regni sit, faciam.

7. Et respondit. Et respondit Esthera, & dixit, petitio mea, & postulatio mea.

8. Si invenerim. Respondit [b] regina, & dixit, Tu o rex, si coram te o rex bonum sit, si invenerim gratiam & misericordiam, & benignitatem coram te, & si regi placuerit dare petitionem meam, & postulationem facere, veniat rex & Haman ad convivium, quod faciam illis, & cras juxta verba regis agam. Et propter tres [c] causas invitavit Hamanem Esthera ad convivium. Causa prima fuit, quod cognoverit Esthera se vidisse Hamanem, quomodo inter fecerit Hathacum, qui in legatione abiit ab Esthera ad Mardochæum, & dixit, Juvitabo Hamanem ad convivium. Causa secunda ut eradicem odium e corde ejus, & injiciam rursus zelotypiam inter Ahasuerum & Hamanem, & ut dicat rex, Quid rei est hoc, quod ex omnibus principibus meis non vocavit Esthera *quenquam* præter Hamanem ad convivium? Causa tertia. Dixit Esthera, Oculi omnium Israelitarum pendent a me, ut petam a rege Ahasuero, ut Haman interficiatur. Sed eum ad convivium invitabo, ut convertatur cor Israelitarum, & aspiciant ad patrem eorum qui *est* in cælis; & misericordiam ab eo petant.

[b] *Chald rex. Et paulo post, regina, pro, rex. Transpositio.*

[c] *Chald. res.*

9. Et exivit. Et exiit Haman illo die lætus & corde hilaris. At cum vidit Haman Mardochæum sedentem in porta domus regiæ, nec surgentem *tamen* nec moventem *se* coram eo, tum impletus fuit Haman furore in Mardochæum.

10. Et continuit se. Abstulit se tamen Haman, &

veni

venit in medium domus suæ, & misit, & convocavit amicos suos, & Zeresham uxorem suam.

11. Et enarravit. Et indicavit iis Haman honorem divitiarum suarum, & multitudinem filiorum suorum, & omne quo extulerat eum rex, & omne quo evexerat eum sursum supra omnes principes ejus & servos regis.

12. Et dixit Haman. Dixit etiam Haman, Neq; invitavit Esthera regina quenquam cum rege ad convivium quod fecit præter me, cras etiam ego invitatus sum ei cum rege.

13. Et hoc omnes. Cum autem omnia sic se habeant non ascendit in me lætitia, neq; pulchrum mihi videtur hoc quousq; videam Mardochæum Judæum, qui sedet in porta regis.

14. Et dixit. Tum dixit ei Zeresha uxor ejus, & omnes amici ejus, Non potes eum in ignem conjicere, quia liberatus fuit ex eo Abrahamus pater illius. Gladio non potes eum occidere quid liberatus fuit ab eo Isaacus pater ejus. Aquis eum submergere non potes, quia ex iis servati fuere Moses, & filii Israelis. In antrum leonum non potes projicere illum, quia ex eo liberatus fuit Daniel propheta. Sed faciunt crucem quinquaginta cubitorum.

Mane dicito regi, ut suspendant Mardochæum super eam. Huc usq; enim ne unus ex iis elevatus fuit in patibulum ligneum, & liberatus. Et postea introito cum rege in domum convivii cum gaudio. Et placuit res Hamani, & crucem fecit.

Cap. VI.

1. EA Nocte. Nocte illa ascendit clamor puellarum domus Israelis ad firmamentum, & auditus fuit in presentia Domini mundi ut clamor caprarum, aut hædorum, usq; dum commoverentur omnes Angeli superni, & surrexerunt festini dicentes hi illis, Forte venit tempus, quo vastati debet mundus. En ideo congregati sunt, & abiere coram Domino mundi. Respondit rex mundi & dixit iis, Quæ est hæc vox caprarum, quam ego audio.

Dixit [a] mensura misericordiæ & sic dixit, Non audis vocem caprarum, sed vocem puellarum domus Israeliticæ, qui ad cædem destinatæ sunt decreto Hamanis impii. Statim impletus fuit misericordiis Dominus mundi & benignitate in populum suum, & edixit ut discinderent obsignationem quæ obsignata erat in malum contra domum Israelis. Et jussit Angelum præpositum tum ultibus, ut descenderet, & turbaret Ahasuerum. Sic [b] amotus fuit somnus regis Ahasueri, & cito mane surrexit vultu perturbato, & dixit Shimshæo scribæ, ut adduceret librum memoriabilium, [c] Verba dierum indicantia quid acciderit omnibus regibus Persicis & Medis a diebus seculi. Cum autem vidit Shimshæus scriba quid indicaverit Mardochæus de Bigtane & Teresho, convertit folia libri, neq; voluit legere. Fuit autem voluntas domini mundi ut devolverentur paginæ libri, & legebant verba e medio paginarum coram rege.

[a] *Videtur esse duplex consessus angelorum in cælo, & unus vocatur mensura misericordiæ alter judicij.*

[b] *Chald.* ית *redundat.*

[c] *i. Chronica.*

2. Et inventum fuit. Considera & intuere, quid scriptum sit in libro memorialium, quod indicaverit Mardochæus de Bigtane & Teresho duobus principibus regis caput regis custodientibus quæsivisse occasionem

onem extendendi manus suas ad occidendum regem Ahasuerum.

3. Et dixit. Et dixit rex, quid honoris aut magnificentiæ factum est Mardochæo propterea? Et dixerunt juvenes regis servi illius, Non est ei [a] datum quicquam.

4. Et dixit. Tum dixit rex, Quis *est* in atriis? venerat autem Haman in atria domus regiæ exteriora, ut regem alloqueretur ad suspendendum Mardochæum super crucem quam illi paraverat.

5. Et dixerunt. Tum dixerunt ei juvenes regis, Ecce Haman stat in atrio. Et dixit rex, ingrediatur.

6. Et venit. Tunc introivit Haman, & dixit ei rex, Quid faciendum est viro, cujus in honore rex delectatur? Et cogitavit Haman in corde suo, Quis ex omnibus servis regis honorabilis est sicut ego, aut cui delectabitur rex honorem dare magis quam mihi?

7. Et dixit. Dixit igitur Haman regi, vir cujus honorem desiderat rex.

8. Adducant. Afferant vestes regales, quibus vestitus fuit rex, & equum super quem equitavit rex & ponatur corona regia super caput illius.

9. Et radantur. Et dentur vestis & equus in manus viri [b] Pathoniæ e principibus regis, & vestiant hominem cujus honor regi cordi est, & equitare faciunt illum super equum in platæa urbis. Et proclament coram eo & dicant, Sic fiet viro, cujus in honore rex acquiescit. Tunc consideravit rex, & intuitus est Hamanem, & cogitavit in corde suo & dixit, Quærit Haman me interficere, & loco meo regnare intendit, sicut in visione vidi.

10. Et dixit. Tum dixit rex Hamani, Festina & intro ito in thesaurarium regis, & accipe inde unam e vestibus purpureis pretiosis, & accipe inde armillam sive optimæ torquem notæ quæ instructa est lapidibus pretiosis, & margaritis, & pendent a quatuor [c] angulis ejus, & tui tinnabulum aureum & malogranatum in

[a] *Chald. factum.*

[b] *Forte. Parthi, quia erant equites optimi.*

[c] *Chald. cornibus.*

singulis spatiis. Et accipe inde coronam magnam ex auro Macedonico, quam mihi adduxere [a] e Thracia provincia die primo quo in regnum surrexi. Et accipe inde gladium, & loricam meam quam mihi adduxere ex Æthiopia provincia, & duos *currus*, quorum amictus regalis est margaritarum, quos mihi ex Africæ provincia adduxere. Tunc exito in stabulum regis, & inde educito equum regis, qui stat in [b] præcipuo loco stabuli, cujus nomen est Shiphregazus, super quem equitavi die primo, quo in regnum surrexi. Et hæc insignia honoris & magnificentiæ, quæ tibi dixi, abito & [c] imponito Mardochæo. Respondit Haman, & dixit regi, sunt Judæi multi in Susane palatio, quorum nomina *sunt* Mardochæus. Ad quem eorum abibo? Dixit ei, Ad Mardochæum Judæum qui bonum locutus est de rege qui in porta mea sedet. Et cum audivit Haman hanc rem valde displicuit ei, & splendor ejus mutatus fuit, & oculi ejus obtenebrati, & os ejus distortum fuit, & cogitationes ejus perturbatæ fuere, & vincula lumborum ejus dissoluta fuerunt, genua ejus se invicem concussere. Respondit Haman, & dixit regi Domine rex, multi sunt illi Mardochæi, qui sunt in mundo.

[a] *Chald.* קרק *propugnaculo pro* טרק *Thracia. Erant enim aurea metalla multa. Lucian* ἰκαρομενίππῳ *Zenophon* 5. *Hellenicorum.*

[b] *Chald. in capite.*

[c] *Chald. facito.*

Ego autem nescio, de quo Mardochæo tu me alloqueris, Respondit rex & dixit Hamani Annon locutus sum de Mardochæo, qui in porta mea sedet? Respondit Haman, & dixit Regi, Domine rex, multæ sunt portæ regis, & ego nescio, de qua porta tu me alloquaris. Respondit rex & dixit Haman, Annon dixi tibi de porta quam ingrediantur *euntes* e domo fœminarum in domum regis? Respondit Haman & dixit regi, Homo ille hostis meus est, & patrum meorum. Dentur illi decem mille talenta argentea: at ne [d] detur ei honor iste. Respondit rex, & dixit Hamani, Abi & dato ei decem mille talenta argentea, & super totam domum ejus dominari faciam eum, neq; honor hic ab eo detinebitur.

[d] *Chald. fiat.*

Respon-

Respondit Haman & dixit regi, Decem filii mei currant coram equo, neq; detur ei honor iste. Respondit rex & dixit Hamani, Tu, & filii tui, & uxor tua servi eritis Mardochæo, neq; honor hic ab eo detinebitur. Respondit Haman & dixit regi, vir plebejus est, præfice eum provinciæ alicui, aut parti alicui : at hic honor ei ne detur. Respondit rex, & dixit Hamani, Super provincias & urbes ego eum præficiam, & omne regnum meum mari & terra ei obedient, neq; honor hic ab eo detinebitur.

Respondit Haman, & dixit regi, Moneta mea & tua in omni provincia [a] abeunt : Moneta ejus & tua in mundo transeant, at hic honor ei ne detur. Respondit rex & dixit Hamani, vir qui bonum de rege locutus est, & [b] caput regis conservavit ab occisione, moneta mea, & illius in omnibus provinciis transibunt, neq; honor hic ab eo detinebitur. Respondit Haman, & dixit regi, Decretum & epistola missa est in omnes provincias regis, ut perdatur populus Mardochæi. Quomodo igitur honor hic ei dabitur ? Respondit rex & dixit Hamani, Epistolas & decreta quæ misi, cessare faciam, neq; honor hic omnis ab eo detinebitur. Secundo increpuit eum rex & dixit ei, Haman cito, cito, ne cessare facias rem *ullam* ex omnibus, quæ dixi.

[a] *i. ligitima sunt.*

[b] *i. vitam.*

11. Et accepit. Cum vidit Haman impius verba ejus acceptabilia coram rege non fuisse, neq; sermonibus illius obtemperatum fuisse, ingressus est in thesaurarium regium statura sua inclinata, non autem extensa, lugens & capite tecto, auribus ejus collisis, & oculis obtenebratis, & ore distorto, & corde obstructo, & vestibus dilaceratis, & vinculis lumborum suorum solutis, & genibus ejus se invicem concutientibus. Et accepit inde vestimentum regis quod adduxere die primo, quo stetit in regno. Inde etiam accepit omnes vestes regni, sicut ei præceptum fuit. Et inde exivit [c] perturbatus, & in stabulum regis ingressus, equum

[c] *Vel, celeriter.*

inde abduxit, qui ſtetit in præcipuo loco ſtabuli, a quo pendebant ſtipedes aureæ, & frænum equi apprehendit, & omnia inſignia regni ſuper humeros ſuos portabat, & nodi ejus ligati erant, & veſtes ſolutæ. Sic venit & ſtetit coram Mardochæo juſto. Reſpondit & dixit ei, [a] Surge Mardochæe juſte fili Abrahami, Iſaaci & Jacobi, [b] Prævenit cilicium tuum & cinis tuus decem millibus talentis argenti, quæ dixi me introducturum e gazophulacio meo in gazophulacium regium, neq; accepta fuere, quia vos dilecti eſtis a patre veſtro cæleſti, qui quandocunq; vos oretis coram illo, audit orationes veſtras, & vos e manu hoſtium veſtrorum liberat. Et nunc ſurge Mardochæe juſte e cilicio tuo, & cinere tuo, & veſtes regale indue, & ſuper equum regium equitato. Reſpondit Mardochæus juſtus, & dixit Hamani, Haman impie fili ſeminis domus Amalechi, expecta hora una, ut comedam panem abſinthii, & bibam aquam amaram, & poſtea educito me, & ſuper crucem me ſuſpendito.

[a] *Chald. ſurge tibi.*

[b] *Chald. prævenit tibi.*

Reſpondit Haman, & dixit Mardochæo, Surge Mardochæe juſto fili ſeminis boni. A diebus veſtris miraculi magnifica [c] a vobis facta ſunt. Patibulum paravi in domum meum, qui illud feci. Jam ſurge, indue veſtes regales, & ſuper equum regium equita, neq; verba regis irrita facito. Reſpondit Mardochæus & dixit Hamani, Is qui eſt tribus diebus & tribus noctibus jejunans, quomodo ſuper equum regium equitabit? Cum audivit rem hanc Haman ivit in gazophulacium regis, & inde eduxit omne genus aromatum & oleorum pretioſorum, & unxit eum, & abluit, & veſtibus regiis eum induit, & ornavit eum omnibus ornamentis regalibus, & cibavit eum e cibo quam miſerat ei Eſthera regina.

[c] *Vel, pro vobis.*

Et priuſquam equitavit ſuper equum regium, miſſi fuere ei e domo regis viginti ſeptem mille juvenes ſelecti cum calicibus aureis in manibus eorum dextris, & urceolo aureo in ſiniſtris ſuis. Et laudantes bibant

coram

coram Mardochæo justo dicentes, Sic fiet viro cujus in honore rex delectatur. Quod cum vidissent Israelitæ e dextra & sinistra illius euntes, & respondentes dicebant, Sic fiet viro cujus in honore delectatur rex, qui cœlum & terram creavit. Prospexit Esthera, & vidit Mardochæum filium fratris patris sui indutum vestibus regalibus, & coronam regiam capiti ejus impositam, & super equum regium equitantem, laudavit, & celebravit Deum cælestem propter liberationem hanc, postquam imposuerat Mardochæus saccum corpori, & cinerem capiti ejus, in oculis hostium. Et qua hora vidit Mardochæum filium fratris patris sui, respondit, & dixit ei, Super te confirmatur scriptura, quæ in scriptis sacris scribitur. [a] *Suscitans e pulvere indigentes & e sterquilinio dejectos spiritu, ut sedere faciat eos cum principibus, & solium honorificum eos possidere facit.* Mardochæus quoq; laudavit, & dixit, [b] *Convertisti luctum meum in gaudium, transire a me fecisti cilicium & me vestibus regiis induisti.* Laudabo te Domine Deus redemptor mi, quod non fecisti hostes meos super me gaudere.

[a] Psal. 113. 6, 7.

[b] Psal. 30. 12, 13.

12. Et reversus est. Tunc reversus est Mardochæus ad portam domus regis cum honore & magnificentia multa; at Haman pudore affectus fuit, & domum suam abiit lugens, & capite tecto. Ea hora fuere [c] cum Hamane quatuor artifices, Tonsor qui Mardochæum totondit, & balneator, qui eum abluit, Ageso qui coram eo proclamavit, & dixit, Sic fiet homini, cujus in honore rex delectatur.

[c] *Chald.* ברוי *pro* בהרוני

13. Et narravit. Et indicavit Haman Zereshæ uxori ejus, & omnibus amicis ejus omnia qui illi evenerant. Tum dixerunt ei sapientes ejus, & Zeresha uxor ejus, Annon audivisti fuisse prius tres homines Judæos in provincia Babelis Hananiam, Mishaelem, & Azariam, & quia verbis Nebucadnezzaris obedientes non fuerint, injecit eos in fornacem ignis. At exiere e flamma ignis, & macula nulla in illis fuit. Sed exiit [d] flamma ignis e medio fornacis, quæ combussit [e] accusatores

[d] *Chald. lingua.*

[e] *Chald. eos qui ederant accusationes eorum.*

ſatores eorum. [a] Et illos Hananiam Miſhaelem & Azariam liberavit e fornace ignis comburentis. Nunc igitur ſi ſit Mardochæus e filiis hominum iſtorum, aut opera ejus ſimilia uni eorum, *ſcias* quod tu qui incæpiſti cadere coram illo, contra illum non prævalebis, ſed certo certius cades, & non reſurges.

[a] *Chald.* ויתון *pro* יתון

Cap. VII.

1 AD huc illis. Illis adhuc cum eo loquentibus appropinquavere principes regis, & feſtinavere adducere Hamanem ad convivium, quod [a] paraverat Eſthera.

2. Et venit. Et ingreſſus eſt rex cum Hamane ad convivandum cum Eſthera regina.

3. Et dixit. Tunc dixit rex Eſthera etiam die ſecundo in convivio vini, Quæ eſt petitio tua o Eſthera [b] regina, & dabitur tibi. Et quæ eſt poſtulatio tua, quia [c] a dimidio regni *pete* & fiet.

4. Et reſpondit. Tum reſpondit Eſthera regina & dixit, Si favorem & benignitatem coram te O rex invenerim, & ſi regi placuerit, detur mihi vita mea ad petitionem meam, & ad poſtulationem meam populus meus.

5. Quia. Venditi enim ſumus ego & populus meus, ut vaſtemur interficiamur, & perdamur. Quod ſi in ſervos & ancillas venditi eſſemus, conticuiſſem. Sed non eſſet æqualis hoſtis regis [d] invidiæ regis.

6. Et dixit. Tum dixit rex Ahaſuerus interpreti ejus, & dixit interpres ejus Eſtheræ reginæ, Quis *eſt* ille, aut filius cujus eſt vir ille qui corde ſuo cogitavit ita facere.

[a] *Chald. fecerat.*

[b] *Chald rex. Sed non recte.*

[c] *Chald.* רמו *pro* רמן *ut e priore die patet. In cujus hiſtoria ita ſcribitur. cap. 5. v. 6.*

[d] *In Paraph.* טומון *lucro, qui eſt veriſimilius.*

7. Et dixit. Tum dixit Esthera, Vir malus hostis *est* Haman malus iste. Et quare vocatur nomen illius Haman? [a] Ecce qui quærunt extendere manum ejus in populum Judaicum, qui vocantur filii Domini universi. At ille conatus est illos interficere. Tum tremuit Haman coram rege & regina.

8. Et rex. Surrexit autem rex in ira sua e convivio vini, *& abiit* in hortum interiorem. Et [b] exciderunt coram eo arboris præstantes, ut cessaret ab eo ira ejus. At non cessavit Haman interim surrexit ad petendum pro vita sua ab Esthera regina, quia vidit plene conclusum esse malum contra illum a rege.

9. Et rex. Tum reversus est rex ex horto interiore in domum convivii vini. Et intuitus vidit Hamanem dejectum super lectum, super quem sedebat Esthera. Et dixit ei rex, Etiam subigere reginam meum in triclinio quæris tu? Verbum exiit ex ore regis, & facies Hamanis tecta fuit.

10. Et dixit. Tum dixit Charbonah unus ex Eunuchis coram rege. Hic autem Charbonah in malum commemoratus fuit prius, nunc autem in bonum memoratur. Fuerat enim cum Hamane in consilio ejus, quod accepit ad faciendum patibulum pro Mardochæo. At cum vidit plene determinatum esse malum contra Hamanem, & domum ejus, abiit etiam ipse & dixit regi, Etiam te o rex quærit Haman interficere, & regnum a te auferre. Quod si mihi non credas, mitte & vide crucem, quam Mardochæo fecit Haman, qui bonum de rege locutus fuit. Ecce enim stat in domo illius, altitudo ejus est quinquaginta cubitorum. Respondit rex & dixit Mardochæo, Suspende eum super illam.

Sic de Mardochæo confirmatum fuit illud, quod scriptum est in scriptis sanctis, [e] *Cum placeant Domino viæ viri, etiam inimicos ejus pacatos reddit ei.*

Respondit rex & dixit Mardochæo Judæo, qui regem servaverat ab occisione, Surge abi, accipe Hamanem hostem

[a] *Haman est, ecce qui in Chald.*

[b] *sc: ipsius jussu voluit forte iram suam in arbores exercere*

[c] *Ut causaret ei malum.*

[d] Chald. לגרמוה *pro* למורמוה

[e] Prov. 16.7.

[f] ותמכון *pro* ותמככון

hostem, malum, oppressorem Judæorum, & suspende eum super crucem, quam sibi paravit, eumq; judiciis malis judica, & fiat ei, quicquid bonum fit coram te. Ea hora exivit Mardochœus a rege, & Hamanem accepit a porta domus regis. Respondit Mardochæus & dixit Hamani, Veni mecum o Haman hostis & inimice male, oppressor Judæorum, & suspendemus te super crucem, quam tibi parasti.

Respondit Haman impius & dixit Mardochæo justo priusquam [a] eum in crucem ascendere fecerant, Oro te Mardochæe juste noli me suspendere, sicut suspendunt [b] viros plebeios, Magnates mundi non habui in pretio. Principes autem provinciarum coram me servierunt. Tremere feci reges verbo oris mei, & sermone labiorum meorum provincias turbavi. Et ego Haman, nomen meum fuit Capitaneus regis. Fui etiam vocatus pater regis. Metuo ego a te, ut non facias mihi, sicut ego tibi facere intendi. Parce honori meo, neq; occidas me, aut perdas me sicut Agagum patrem meum.

[a] *Chald* יתי *me pro* יתיה
[b] ר *redundat in Chald.* זיוע *pro* זאוע

Bonus es tu O Mardochæe, juxta bonitatem tuam facito. Noli me occidere, sicut nulli e vobis occisi sunt. Ne recorderis contra me odium Agagi, aut invidiam Amalechi, neq; invideas mihi ut hostis in corde tui, neq; retineas mihi, quod Esauus pater meus retinuit. Miraculi & magnalia a te facta sunt, sicut a patribus tuis facta fuere, cum mare transierunt. Oculi mei caligant ita ut faciem tuam aspicere non possim, neq; possum ego os meum aperire coram te, quia consilium contra te accepi ab amicis meis, & a Zeresha uxore mea.

Obsecro te, parce vitæ meæ Domine mi Mardochæe juste. Ne deleas nomen meum vindicta, sicut Amalechum patrem meum. Neq; suspendas canitiem meam super crucem, & quocunque *alio* modo velis interfice me.

Cæpit

Cæpit Haman clamare & flere: at non inclinavit Mardochæus aures ejus illi. Cum autem vidit Haman verba ejus audita non esse, extulit ejulationem & fletum pro vita sua in medio horti interioris respondens & sic dicens, Auscultate mihi arbores, & plantæ omnes quæ a principio mundi [a] plantatæ fuistis. Quærit filius Hamdathæ ascendere in [b] exitium. [c] Filii Pandiræ Congregatæ fuere [d] omnes & consilium didere, Super caput illius *arboris* quæ est quinquaginta cubitos alta suspendatur Haman. Vitis dixit, Brevis sum ego, neq; possum ego, *ut* suspendatur super [e] caput meum quia a me accipiunt vinum libaminum.

Ficus dixit, Super caput meum suspendetur?

Non possum permittere, ut super caput meum suspendatur, quia a me primitias accipiunt & a me vestitum habuere Adamus & Eua. Oliva dixit, Super caput meum suspendetur? Non possum *permittere*, ut super caput meum suspendatur, quia a me oleum accipiunt in usum candelabri. Peritus secretorum creavit me ad [f] retribuendas [g] Syngraphas servorum prophetarum. Nimis læta sum [h] quam ut super caput meum suspendatur.

Dixit palma coram [i] custode suo, Sciunt omnes homines eum esse Hamanem impium [k] filium filii Agagi, filii Amalechi. Reges omnes coram te confitentur te Deum esse, neq; esse *alium* præter te. Et tibi convenit filios liberare, sicut patres liberasti. Respondit Sanctus benedictus Deus, Recta est virtus tua, & omne quod dixisti accipiemus te in consilium, ut suspendatur super caput tuum, quia tu compar congregationis Sionis æstimata es. Citrus dixit suspendetur super caput meum ad quam veniunt omnes populi universi, ut accipiant e fructibus meis ad laudandum te? Aperuit os suum myrtus & dixit, Super caput meum suspendetur? Non possum *permittere*, ut super caput meum suspendatur, quia per me [l] gaudium & lætitiam loquuntur: & præterea cum citro particeps sum.

[a] Chald. שליתוי *pro* שתליתון

[b] Amara ironia

[c] Aliquis ejus nominis forte prius suspensus fuit in vice ejus altitudinis.

[d] Arbores sc:

[e] Caput eius in Chald. sed non recte, ut patet e seq;

[f] Allusio ad facila aliquam Talmuaricom.

[g] Forte pro אגרי *minedes.*

[h] Chald ד *pro* מר

[i] i. Deo.

[k] Suspicor legi debere filium Agagi filii Amalechi.

[l] i. hac verba pronuntiat super jus civile myrtorum in festo Tabernaculorum.

O Clama-

Clamavit Quercus & dixit, Suspendetur super caput meum? Non possum *permittere*, ut suspendatur, quia Deborah nutrix Rebeccæ sub me sepulta *fuit*. Clamavit Terebinthus & dixit, Super caput meum suspendetur? Non possum *permittere* ut super caput meum suspendatur, quia Absolomus filius Davidis super caput meum suspensus fuit.

Dixit malus Punica, Suspendetur super caput meum? Neq; possum ego *permittere*, ut suspendatur super caput meum, quia justi mihi conferuntur. Attendite mihi, inquit cedrus, Suspendite [a] Hamanem impium, & decem filios ejus suder crucem quam sibi paravit.

[a] *Chald.* יתי *pro* יתיה

11. Et suspenderunt. Sic Hamanem suspenderunt super crucem, quam Mardochæo paravit, & ira regis qui in excelsis habitat, cessavit & de Mardochæo confirmatum fuit, quod scriptum est in scripturis sanctis, [b] *Justos ex angustia liberatur, & loco suo ingreditur impius*.

[b] *Prov.* 11. 8.

Cap. VIII.

1. IN die. Eo ipso die dedit rex Ahasuerus Estheræ reginæ domum Hamanis hostis Judæorum Et Mardochæus ingressus est coram rege, quia indicaverat Esthera, quam *propinquus* ei fuit.

2. Et amovit. Et transtulit rex annullum ejus, quem ab Hamanem abstulerat, eumq; Mardochæo dedit, & Mardochæum domui Hamanis Esthera præposuit.

3. Et addidit. Tunc [a] locuta est Esthera rursus coram rege, & coram pedibus illius cecidit, & flevit, eiq; supplicavit, ut averteret malum Hamanis filii Hamadathæ Agagæi, & machinationem ejus quam contra Judæos excogitaverat.

[a] *Chald. addidit & locuta est.*

4. Et

4. Et extendit. Extendit etiam rex Esthera sceptrum aureum, & surrexit Esthera, & coram rege ingressa est.

5. Et dixit. Tum dixit, Si regi placeat, & si gratiam & favorem coram rege invenerim, & res recta sit coram rege, & ego recta sin in oculis ejus, scribatur scriptum, ut [b] cessent epistolæ [c] excogitatæ ab Hamane filio Hamdathæ Agagæi, qui scripsit ut perderentur omnes Judæi, qui sunt in omnibus provinciis regis.

[a] i. irrita sint.
[b] Chald. excogitationis Hamanis.

6. Quia. Quomodo enim possum malum aspicere, quod populo meo eveniet, aut quomodo intuere possim destructionem cognationis meæ.

7. Et dixit. Tum dixit rex Ahasuerus Estheræ reginæ, & Mardochæo Judæo, En tu iniq; fecisti ab initio cum rogavi te, & dixi tibi, E quo populo es tu? Faciam ex [d] eo reges & principes.

[c] Chald te. Sed sensus repugnat.

Et dixisti mihi, Nescio quia scio quod pater meus, & mater mortui sunt, & me puellam parva reliquerunt. Et nunc ecce domum Hamanis Estheræ dedi, eumq; super crucem suspenderunt, quia manum suam in Judæos extenderat.

8. Et vos. Vos etiam de Judæis scribite prout vobis placuerit in nomine regis, & obsignate sigillo regio, quia scriptum, quod nomine regis scribitur, & sigillo regis obsignatur, non erit eritum.

9. Et vocati fuere. Et convocati fuere scribæ regis eo tempore mense tertio qui est mensis Maii die ejus vigesimo tertio, & scriptum fuit, quicquid jussit Mardochæus ad Judæos, & ad honoratos a rege, & principes ejus, & ad gubernatores provinciarum illius, quæ sunt ab India usq; ad Æthiopiam centum viginti septem provinciarum, provinciis singulis juxta scripturam *eorum* & populis singulis juxta sermonem *eorum*, & ad Judæos juxta scripturam & sermonem eorum.

10. Et scripsit. Et scripsit nomine regis, & obsignatum fuit nomine regis. Et missæ fuerunt epi-

stolæ per manum cursorum super equos equitantium veredorum nudorum *super* pullos equarum.

11. Quod. Quod dederit rex Judæis qui sunt in singulis urbibus potestatem congregandi se, & [a] defendendi vitam suam, vastandi *quoq;* & occidendi & perdendi omnes exercitus populi aut provinciæ, qui eos opprimant, parvulos & fœminas, atq; etiam ut domus eorum diripiant.

12. In die. Die uno *in* omnibus provinciis regis Ahasueri decimo tertio *die* duodecimi mensis. Is est mensis Februarii.

13. Exemplar. Explicatio scripti & decreti publicata fuit. Rex Ahasuerus mittit epistolas ad habitatores maris & aridæ ad principes provinciarum, & ad magnates, & ad exercitus, qui habitant in omni terra, pax vestra multiplicetur. Scriptum scripsi ad indicandum vobis magnificentiam quia in multo populos dominatus sum, & super incolas terræ marisq; regnavi, & in eo regno nos non eveximus, sed spiritu quieto, & humili quotidie ambulavimus, & pace multa, ut pax multa vobis exhibiatur, & omnibus habitatoribus terræ sub regno meo, & omnibus, qui mercaturum exercere volunt mari & terra, ut versentur inter linguam & linguam. [a] Solus ego sum a fine terræ *uno* usq; ad finem alterum. Sic scripsi ad indicandum vobis de integritate eorum [b] & veritate eorum, quod dilecti sint omnibus populis, honorati ab omnibus regibus, & bonum operantes cum principibus terræ. Et sunt [c] viri qui appropinquant regno, & regnum traditum est in manus eorum. Et fraudibus & mendaciis suis regnum errare facerunt, & epistolas non rectas coram [d] Deo scripserunt, malasq; coram filiis hominum, & ad regnum difficiles sunt.

Hæc autem erat petitio quam a rege petierunt, *ut* occiderentur viri justi, & sanguis innocens multus effunderetur, cum malum non fecissent, neq; judicium mortis meriti essent. Sunt autem illi homines justi

[a] *Chald standi pro animabus suis.*

[a] *Monarcha sc:*

[c] *Judæorum sc:*

[b] *Redundat hic, Ex iis, in text. Chald. nam de aliis loquitur.*

[c] *Chald. calo.*

Esthera

Esthera quæ laudabilis est omni *genere* honoris, & Mardochæus qui peritus est omni *genere* sapientiæ, neq; nævus in illis inventus est, neq; in populo eorum. Ego autem cogitavi in meipso populum alium a me petitum esset, qui vocantur filii Domini universorum, qui fecit cælum, & terram, & per regna maxima, & fortia eos duxit, & patres eorum. Propterea quod etiam Haman filius Hamdathæ ex India fuit, & e familia domus Amalechi, & venit ad nos, & bona multa a nobis accepit, & honorem amplum, & magnificentiam.

Et nos eum eveximus, & patrem regis appellavimus, & a dextra regis sedebat. At ille nescivit quomodo honorem suum sustineret, nisi etiam regnum acciperet: sed in corde suo regem interficere, & regnum ab eo auferre cogitavit. Propterea Hamanem filium Hamdathæ suspendimus, quodq; æquum fuit, id omne in caput ejus ascendere fecimus, & qui creavit cælum & terram cogitationem ejus in caput ejus ascendere fecit.

14. Cursores. Cursores equitantes *super* equas procerum exiere expulsi & depulsi decreto regis, & edicto publicato in Susane palatio.

15. Et Mardochæus. Mardochæus autem exiit è præsentia regis vestibus regiis indutus hyacinthinis & nobilibus, & catena aurea magna, & pallio byssino & purpureo optimo, & urbs Susanis exultavit & læta fuit.

16. Judæis. Lux fuit Judæis, & gaudium, & lætitia, & honor.

17. Et in omni. Et in singulis provinciis & urbibus in *locis* ubi negotium regis & decretum ejus pervenerint, gaudium & lætitia fuit Judæis, & festa, & dies a festi, & multis e populis terræ proselyti facti fuere quia metus Judæorum super illos cecidit.

a *Chald. boni.*

CAP.

CAP. IX.

1. ET in decimo secundo. Et in mense duodecimo, qui est mensis Februarii die decimo tertio illius, cum pervenisset *tempus* faciendi verbum & decretum regis, quo die sperassent hostes illorum in eos dominari, quo die reversi sunt Judæi, & in hostes suos dominati sunt.

2. Congregati fuere. In urbibus suis congregati fuerunt Judæi in omnibus provinciis regis Ahasueri ad extendendum manus suas, & ad occidendum homines, qui malum eorum quæsiverant, neq; ullus stetit coram illis, quia terror eorum super omnes populos ceciderat.

3. Et omnes. Universi quoq; principes provinciarum, & præfecti, & magnates, & facientes opus regis laudabant Judæos, quia ceciderat terror Mardochæi super illos.

4. Quia magnus. Quia fortis fuit Mardochæus in domo regis, & fama ejus in omnes provincias abiit, quia vir Mardochæus [a] valde crevit.

5. Et percussere. Et interfecere Judæi in omnibus hostibus suis percussione gladii, & occisionis, & vastationis, & in hostes suos fecerunt juxta voluntatem animarum suarum.

6. Et in Susane. In Susane quoq; palatio interfecere Judæi, & perdebant quingentos viros.

7. [b] Et. 10. Decem filios Hamanis filii Hamdathæ qui fuit oppressor Judæorum occidere, sed in prædam manus suas non extendere.

8. In die. Eo die venit numeros occisorum in Susane palatio coram rege.

[a] *Chald. ivit & crevit.*

[b] *Nota est. v. 7. sed textus est v. 10. & nomina filiorum Hamanis omittuntur.*

9. [a] Et dixit. Et jussit rex ut sic fieret, & edictum publicatum fuerat in Susane. Ham suspensus fuit per tres cubitos. Parshandatha ab eo distabat cubitum unum. Parshandatha suspensus fuit per tres cubitos. Dalphon ab eo cubitum unum distabat, Dalphon suspensus fuit per tres cubitos. Aspatha ab eo distabat cubitum unum. Aspatha suspensus fuit per tres cubitos.

Adalia distabat ab eo cubitum unum. Adalia suspensus fuit per tres cubitos. Aridatha distabat ab eo cubitum unum. Aridatha suspensus fuit per tres cubitos. Parmashta distabat ab illo cubitum unum. Parmashta suspensus fuit per tres cubitos. Arisæus distabat ab eo cubitum unum. Arisæus suspensus fuit per tres cubitos. Aridæus ab eo cubitum unum distabat Aridæus suspensus fuit per tres cubitos. Vaizatha distabat ab illo cubitum unum. Vaizatha suspensus fuit. per tres cubitos, qui fuit decimus.

Decem filii Hamanis suspensi fuere super crucem, & fuit crux infixa terræ tres cubitos, & [b] filius ejus distabat a terra tres cubitos, & fuit longitudo crucis quadraginta & quatuor cubitos, & illi suspensi *fuere* ad caput ejus. Ecce summam quinquaginta cubitorum.

Et venit Mardochæus, & vidit Hamanem & filios ejus super crucem suspensos. Respondit Mardochæus & dixit Hamani, Tu cogitasti male facere, & qui cognoscit secreta, & manifesta cogitationem tuam in caput tuum ascendere fecit. Tu quæsivisti nos interficere & perdere nos e sub alis patris nostri cælestis, & nunc fecimus tecum & filiis tuis bonum, teq; suspendimus & filios tuos sub ala tua.

10. Et congregati fuere. Et Judæi qui fuere Susane congregati fuerunt rursus die decimo quarto mensis Februarii, & occiderunt Susane trecentos viros, sed in prædam manus suas non injecere.

[a] *Duo versus hic omittuntur, sed peti possunt e Targ. 1. ubi duplex est paraphrasis utriusq;*

[b] *Proximus terra.*

11. Et

12. Et reliqui. Cæteri vero Judæi qui in provinciis regis erant, congregati fuere, & steterunt [a] & fuerunt Domini animarum suarum, & quieti fuerunt ab hostibus suis, & ex osoribus eorum interfecere septuaginta quinq; millia, neq; in prædam manus suas injecere, [b] Et hi sunt viri illi quos interfecere Judæi Susane.

[a] Chald. pro נחון ונחו

[b] Suspicor lineam seq; scribi debuisse in fine vers. priore non enim quadrat cum præced. aut seq;

Hi sunt hostes Israelis, qui dixerant Israelis, paucis ab hinc diebus interficiemus vos, & filios vestros in terram percutiemus.

13. In die. Die decimo tertio dierum mensis Februarii, & quieverunt decimo quarto ejusdem, & fecerunt diem lætitiæ & festivalem.

14. At Judæi. Judæi autem qui fuere Susane congregati fuere decimo tertio ejus, & decimo quarto, & quievere decimo quinto ejus, illumq; diem lætum & festivum fecere.

15. Idcirco. Ideoq; Judæi qui fuere in villis, qui in urbibus parvis habitavere, fecerunt diem decimum quartum mensis Februarii lætum & festivum, & diem bonum, & portiones quisque proximo suo misere.

16. Et scripsit. Scripsit igitur Mardochæus res istas, & misit epistolas ad omnes Judæos, qui sunt in omnibus provinciis regis Ahasueri, propinquos & remotos.

17. Ad confirmandum. Ad stabiliendum de illis, ut [c] facerent diem decimum quartum mensis Februarii, & diem decimum quintum ei quotannis.

[c] Observarent.

18. Sicut dies. Ut dies in quibus quieverant Judæi ab hostibus suis, & mensem, qui conversus fuit illis ex angustia in gaudium, & ex luctu in diem festum: ut observarent eos dies festos, & lætos, & portitiones mitterent quisq; proximo suo & dona darent indigentibus:

19. Et

23. Et acceperunt. Susceperunt autem Judæi super se omne quod cæperunt facere, & quod de illis scripsit Mardochæus.

24. Quia. Quoniam Haman filius Hamdathæ Agagæus hostis omnium Judæorum, [a] excogitavit de Judæis perdere illos, & vastare eos. Et cum viderunt Hamanem & filios ejus suspensos super crucem dies multos, dixere, Quare peccavit Esthera contra illud quod scriptum est in lege, [b] *Non pernoctabit cadaver illius super patibulum?* Respondit Esthera & dixit illis, Quia occidit rex Saulus proselytos Gibeonitas suspensi fuere filii ejus super crucem. A principio messis hordeorum usq; ad diem qua descendit super eos pluvia fuere sex menses. Et Israelitæ ascendebant ut comparerent ti Sanctuaria dixerunt illis ethnici, Quare suspensi sunt hi? Respondere Israelitæ, & dixerunt iis, Quia extendit pater eorum manus ejus in proselytos Gibeonitas, eosq; occidit Haman impius, qui quæsivit occidere omnes Israelitas usq; ad unum, quanto magis suspensus erit ille, & filii ejus super crucem omnibus diebus mundi.

25. Et cum venit. Et cum ingressa fuit Esthera coram rege dixit quid scriptum fuit in libro, [c] *Vastando vastabitis memoriam Amalechi e sub cælis.* At surrexit Haman e familia domus Amalechi, & cogitationem malam contra Israelitas cogitavit, & cogitatio ejus in caput ejus ascendit, eumq; & filios ejus super crucem suspendere.

26. Idcirco. Ideo [d] vocaverunt dies illos Purim juxta nomen sortium & angustiarum, quæ illis acciderant. Sic scribitur, & explicatur in epistola hac, quid fuit juxta hæc, & quid iis acciderat.

27. Fœdus ineunt. Confirmavere, & suscepere Judæi in se, & filios, & omnes qui illis sese adjungerent, ut non cessarent ab observatione duorum dierum istorum juxta scripturam eorum, & tempora illorum quotannis.

[a] *Chald.* ד *redundat, ut & paulo post.*

[b] *Deut.* 21. 23.

[c] *Deut.* 25. 19

[d] *In Chald.* קתלהון

28. Et dies. Et ut dies isti in memoria essent, & observati in singulis generationibus familiis, provinciis urbibus, neq; præterirent dies Purim isti e medio Judæorum, neq; memoria eorum e medio filiorum suorum irrita fiat.

29. Et scripsit. Tum scripsit Esthera regina filia Abichalis & Mardochæus Judæus cum omni robore ad confirmandam epistolam de Purim his secunda *vice*, ut si esset annus intercalaris, non legerent volumen in Februario priore, sed in posteriore.

30. Et misit. Et epistolas misit ad omnes Judæos in centum viginti septem provinciis regni Ahasueri verba pacis & veritatis.

31. Ad confirmandum. Ad stabiliendum dies hos Purim in temporibus suis, sicut decreverunt de iis Mardochæus Judæus & Esthera regina sicut decreverunt de seipsis & filiis suis res jejunii & afflictionibus.

32. Et verbum. Verbum quoq; Esthera confirmavit res horum dierum: & in libro scriptum fuit.

Cap. X.

1. ET posuit. Et imposuit rex Ahasuerus tributum terræ. Et cum novit Ahasuerus, fecit eos [a] filios nobilium in mundo, & subjecit iis omnes populos & omnia regna, & imposuit tributum terræ, & mercatoribus marinis.

[a] *Vel, liberos.*

2. Et omnia. Et omnia opera roboris ejus, & explicatio magnificentiæ Mardochæi, qua eum extulit rex, annon scripta sunt in libris Chronicorum Mediæ, & Persiæ.

3. Quia. Quoniam Mardochæus Judæos capitaneus regis quæstor, & senior Judeorum Dominus super omnes populos etiam a fine mundi in finem ejus, de

co

eo additum fuit, & fama ejus & omnes reges metuebant a presentia ejus, & cum viderent illum, tremebant coram eo. Ille Mardochæus similis fuit stellæ Veneris quæ lucet stellas, & similis Lucifero, qui exit tempore matutino, & ipse fuit Dominus Judæorum, & acceptus multitudini fratrum suorum, & quæsivit bonum populi sui, & pacem omni semini suo locutus est.

Finitur Targum secundum super volumen Esteræ.

Laus Deo excelso habitanti in [b] secreto.

[a] *Ester, & sether verba Hebraica sunt, & rithmum faciunt. Et ratio nominis datur quia diu latuit illa.*

FINIS.
